Eccleſi.x. Omnía regna cadunt: ruit & mundana poteſtas:
Exemplū dat Roma potens: Carthago: Mycęne:

Eccleſi.xlix Et Solymę. atq; Tyros: & Grecía tota: ſubíbit
Iob.iii. Mox latíū. pereunt q̄a nam mortalía cuncta
Apoca.xviii. Quę facímus; cunctis exítus vnus erít.
Sapiētię. vii.

De prędeſtínatíone.

Quí precíum poſcít quod non meruíſſe vídetur:
Atq; ſuper fragílem ponit ſua brachía cannam:
Illíus/ín dorſo cancrorũ/ſemita ſtabít:
Deuolet ínq; ſuum rictum/ſatís aſſa columba.

# Preſcien tia dei.

Elegít nos ín íp̃o añ cõſtítutõnem mũdí vt eſſemus ſancti & ímacula ti ín cõſpectu eí⁹ ín caritate q̃ p̃de ſtínauít nos ín ado ptíonem fílíoruz Omnes quidẽ p̃= ſcíti pauciveroad vitam p̃deſtínatí Nouít de⁹ q̃ ſũt eius: ex hís nemo ſeducítur.

Scíre nefas homíní quę ſit díuína voluntas:
Quíd ve deus ſtatuat: quís fínis: quę ſíbí merces:
Hęc fatuíquęrunt: quíbus eſt nímís anxía cura
Noſſe: quod a ſuperís decernít: atq; p̃bat· í.í.

Ad ephe.i. de pe.diſ.iiii. c. benedictus s ii.thimo.ii.

Ad Roma.i. puer.xxvi. Pręcipue iccirco fatuos hoc carmine verso:
Ignaui qui sũt: qui vix elemẽta sacrarũ
Hiero.in plogo biblię. Gustarunt legũ: docti tamen atq; periti
Esse volunt: librosq; reuoluunt: more sinistro.
Exponũt falso / quod sanxit diua voluntas.
Arbitrioq; suo: scripturã & dogmata sacra.
Atq; reluctantem conant̃ vertere sensum:
Audi igitur fatuos: qui sęuo errore trahunt̃:
Audacesq; volũt superũ depromere mentem:
Audi quę referant stulta & petulantia verba:
Grego. in dia xxiii.q.iiii. obtineri Si deus æternã requiem sedemq; bonorum
Pręscripsit cuiq̃: nihil est quod vertere possit
Aut mutare: sibi statuit quod diua potestas.
Iohan.vi. Sed deus ad pœnas si quem pręscripsit auerni:
Tartereis tenebris si quem damnauit & vmbris:
Hunc nihil eripiet. tanq̃ deus optimus auctor
xxiiii.q.iiii Omnipotens non sit: non iustus: non metuendus.
Nabuchodonosor Dat precium nulli nisi qui meruisse videt̃.
Sapiẽtie. x. Pro meritis reddi: debent̃ pręmia iustis:
Hiehemię.li. Iniustos pœnas dignũ est perferre minaces.
prouer.xxiiii Qui domino seruit sincero pectore: leges
Ecclesi. xii. Et fidei obseruat: preciũ & votumq; capescet.
Math.xvi Desine stulte precor superũ confringere fatum.
Ad Roma.ii Nos deus omnipotens ad gaudia magna creauit:
Apoca. xxii. Omnibus & nobis cœlorũ regna parauit.
Non vult ꝙ nigri subeamus tartara ditis:
At propria ruimus culpa: superosq; negamus
Reddere qui iustis animis pia gaudia possunt.
Desine stulte loqui: petulans compesce labellũ:
Ysaię.xlv. An vigulo cacabus dicet: cur vrceus haud sum?
Ad Roma.ix Sic placet artifici. bene qui bona cuncta parauit

De obliuione sui ipsius.

Qui volet alterius subitas extinguere flāmas:
Atq; suę patitur vrere tecta domus:
Est fatuus: decet & stultorum fistula talem
Aduocet vt stolidos ad sua vota viros.

# Neglige re ꝓpria.

Agris suis sitiētibus: alieni irrigādi nō sunt. Ordinata charitas incipit a seipsa. Qui sapiēs sibi ipsi ꝓdesse nequit / nequitq̄ sapit. Miserere aīme tuę placens deo.

Qui curas hominū tolerat: semperq; laborat
Vt res alterius peragat / fructumq; ministret:
Nec curare suas properat res / cōmoda / fructus:
Quin sua p⁹ponēs facta atq; negotia passim

in.l. culpa est ff. de re iu. & in.c. nō est sine culpa. de reg. iu. li. vi.

Eccleſi.xxx Iu rebus propriis ſtultus dormitat & excors
Intentiſq; oculis aliena incõmoda penſat.
Hic legat interea noſtri documenta libelli:
Qui ſua cõtemnens aliena negotia verſat.
de pe.diſ.ii qui vult Cum tamẽ omnis amor: prima a ſe exordia ſumit
Incipit a ſeipſo: proprio nil gratius vſu.
Therentius Hoc docuere ſophi/docuitq; Therentius illud:
Hoc docuit veteris ſanctiſſima pagina legis
l.preſes.C.de ſer.& aqua. Qui vult alterius res explorare frequenter:
Se prius inſpiciat: ſibi conſulat: atq; labores
Inde ſuos prudens proprios conuertat in vſus.
Cicero in epi. Alterius iactum luſos qui attendit: & vſq;
Negligit ille ſuum: ſtolidus rationis & expers:
xxiii.q.v.ſi placet Qui vult flãmiuomas vndis ſedare fauillas
Prouer.xi. &.xxxi. Alterius tecti: proprioq; in culmine flammas
Conſpicit: atq; ſuis laribus ſuccurrere differt:
Ille parũ ſapiens: ſua non bene comoda curat.
Alterius qui portat onus/ſuffertq; labores:
Negligit & ꝓprium: diſcrimina ſolus habebit.
xix.q.ii.duę. Qui cauſa alterius facit id: quod parturit ipſi
xiiii.di. ꝙ ait Contemptum: riſus/incõmoda/damna/labores:
Vix noſtrã effugiet fatuã quin ſcandet in arcẽ:
At aſinũ manibus ducens ludibria tollat.
Prouer.v. &.xxvi. Quid te ſtulte iuuat peregrinas voluere cauſas?
Quid ve alios curas? proprii ſis tutor honoris.
Diſce domus proprię/cauſas/res/cõmoda/primũ.
Prouer.xx Quęrere: & inde tibi ſit cura labor quoq; amici.
Eſt penitus fatuus qui curat res alienas:
Prouideas domui proprię/diſpone/miniſtra:
iiii.Regũ.xx Hoc decet: inde tibi ſit proxima cura ſodalis.

## De vitio ingratitudinis.

Quí ſibi vult fieri offitium bonitatis amicū
Atq; operas promptas appetit alterius:
Eſt tamen ingratus: nec munera prompta viciſſim
Offitii preſtet: nil probitatis habet:

## De ingratis

Quicunq; tibi ali quid opatus fuerit: ſtati ei mercedem reſtitue. Et merces mercenarii tui apud te omnino nō remaneat Fecūdos decz imitari agros qui ml'to pl⁹ reddūt q̄ acceperūt. Oēs ſapientes odere ingratos. Ingratitudo exſiccat fontē bonitatis.

Eſt fatuus qui multa petit: ſemperq; repoſcit
Offitium alterius. & negat ipſe vices:
Qui ſibi vult fieri quicq̄: debebit honores
Reddere/ & æquiualens munus amicitię.

C. de liber. & eo. li. l. i. & ii. xii. q. ii. ofra. Tullius in of. i. iii.

Ad collo.iii
Leuiti.xix.
Tobię.iiii.
Ecde.xxxiiii

Qui capiti alterius curas magnosq; labores
Imponit: preciũ conferat ille simul.
Dedecus est ingens: si quis benefacta laboris
Accipit: equales denegat atq; vices.

Plautus in asi.

Qui cupit ex aliqua lucrum nancisci re arte:
Hoc sibi proponat menteq; constituat:
Eroget impensas: nec rebus parcat auaris.
Si saltem laudem poscat habere bonam.

Prouer.xxii.

Et si pręcipuos acquirere tentat honores:
Munificus/blandus/sit pius: atq; bonus.

Sapien.xvi
Eccle.xxix.

Qui bene contentus: facto nequit esse labore.
Quem modico precio soluere/habere potest.
Non indignetur: sibi sit querimonia nulla:
Si labor/& meritũ forte negetur ei

Eccles.vii.
Malach.iii

Qui petit alterius opas/benefacta/labores:
Ingenioq; frui: munera rursus agat.
Verum a priuatis liceat descendere rebus:
Ingratas vrbes cõmemorare simul.

Camillus de q̃ Titus liuius.

Roma quid ingrata quondam impietate Camillũ
Tractasti: pro te qui fera bella tulit?
Tu procul emeritum pepulisti ex vrbe Camillũ
Quo duce fregisti gallica castra tamen.

Solon de quo Herodotus

Attica terra ferox/pepulisti ingrata Solonem:
Qui statuit leges & bona iura tibi:
Pro merito ingenti: pro sudore atq; labore:
Exilium dederas: Attica terra viro.

Lycurgus de quo Iustinus

Nec taceo ingratos ausus/q; Sparta lycurgum:
Latorem legum pellis ab arce tua.

Scipio affri Titus liuius

Scipio qui fuerat patrię seruator honestus:
Ingratam patriam sensit & ille suam.

Sui ipſius cõplacentia.

Pulmentum fatuis prçſens mea decoquit olla:
Adſit ſtulto q̃ ſordida turba precor:
Adſit qui ſpeculo vultum/faciemq; frequenter
Inſpicit: & ſemper cui ſua facta placent.

# Sapie p prie confi dere

Ne innitaris prudẽtię tuę. Aſtut⁹ oia agit cũ cõſilio qui aũt fatuus ẽ aperit ſtulticiam Cũ ſua cuiq; placent facta atq; negotia ſoli. Hinc ſtultis tota eſt terra repleta viris.

Hic bene pulmentũ poſita cõtundit in olla:
Atq; coquit fatuis ſua pulmentaria craſſis:
Qui ſe prudentem fors eſtimat/atq; decorum:
Cui ſua ſola placent: & quẽ veſania ductat: i.iiii.

puer.iii c.ne imitaris de conſti. Ad Ro.viii

Vt ſpeculo ſemper ſe cõtempleť inani.
Prouer.xiii &.xiiii. Cũ tamen: in vitio fatuũ quoq; cernat inertem:
Quamuis non videat/capitis quas porrigit aures.
Hic ſi deberet dygitis iuuare leuatis:
Cũ de formoſis/ſapientibus/atq; peritis
Eccleſi.xx. Iob.v&.xviii Sermo foret: ſeſe cunctis pręſtare putaret.
Et ſibi non ſimilem in ſpacioſo crederet orbe:
Prouer. xxxi Iuraretq; ſimul ꝙ deteſtatio rerum
Ezech.xvi Eſaię. iii. In ſe nulla foret: ſe pulchrũ/ſeq; beatũ
Eſtimat/atq; homines audet iurare deoſq;
Conſulit hoc ſpeculũ ſemperq; & fungiť omni
Tempore: ſeu ſomno iaceat lectoq; ſupinus:
Siue ſtet erectus: vitro ſuſpenſus inhęret.
Otho impera tor ſpeculũ ſp ſecũ habuit Iuuenalis Quid ſpeculũ memorẽ Pathici geſtamẽ Othonis:
Quod ſecũ in caſtris cęſar geſtare ſolebat.
Quottidie barbam qui raſit/glaber vt eſſet:
Vngebatq; cutem cũ ſucco lactis aſelli.
Saluſtius. Offitiũ muliebre quidem eſt: hos fœmina quęrit
Ornatus: ſpeculũ & pendet de fronte puellę/
Retiolũ: & mundũ: contexta monilia: veſtem:
Ordinat: idq; mares hodię comitanť/agũtq;:
Vt ſibimet placeant: ſeſe mulieribus ęquant.
Emius Tullius in of Noſtri etenim iuuenes habitus geſtãt muliebres
Illaq; virgo viri: nulla eſt diſcretio rerũ.
Pygmalion de quo Ouidi us.x. metha. Pygmaliõ effigiem fertur de marmore quondam
Feciſſę: & ꝑ priũ ſibi tam coluiſſe laborem:
Perditus vt fuerit vecors in marmora verſus.
Narciſſus de quo Ouidius iii.meth. Fonte ſuꝑ vitreo periit Narciſſus amore:
Dum ſua forma placet fatuo quam vidit in vndis:
Prouer.xiii Stultorum numerus ſic creuit: & impia turba.

# LXIX

De choreis & saltationibus.

Qui choreis gaudet ant saltibus īmoderatis:
Vt cuculā ducat stultior ipse manu:
Ille deū offendit: perdit quoq; tempora frustra:
Contrahit inde etiam plurima damna sibi:

## Choree fatuitas

Nil placet i tota sapientibus vsq; chorea Quod iu uet/aut pſit: con deceat ve bonos In circuitu impii ambulant.

Hos quoq; non sanos fore dicimus: īmo furentes: Exodi. xxxii
Qui choreā quęrūt: quos labor ille iuuat: pſ̄. xi
Vt currant passim: veluti furiosa vagatur
Thyas: vbi erectus Thyrsus in arua vocat. Orgia bacchi

Druyde de q bus Iulius ce sar in cõmen.
Vt Druydę saltant pulsantes tympana gallí:
Vertice ín ídęo: cũ furor vrget eos.
Salíi de qbus Virg.ii. geor
Ceu quondã Salíi fetídos saliere per vtres:
Turba/Cybeleíos sic agít ílla choros.
Quíd rogo quíd fatuí plantas in puluere lassas
Efficitis? quę merx digna labore tamen?
Ast ego dũ meditor fatuí prímordia ludí:
Principíí causas cõmemoro esse malas:
Exodi.xxxii. In statua vítulũ dęmon cũ poneret aureum:
Contemptum faceret ímpíus/atq; deo:
i.corin.x. Cum bene potasset populus: persuasít ad ıllam:
Luderet ínq; chorũ turba proterua: íubet.
vide rota glo. in de.i. de cel miss. Illecebrę tales pariũt íncõmoda multa:
Ad vítíũ prębent semína multa frequens.
in de. attendẽ tes de sta. rel. de vi & ho. cl. cum decorẽ. Concurrunt ıllíc pompoſa superbía: luxus.
Et petulans saltus: & furíosa venus:
Nam venus ímprímís/choreís solať ín ıllís:
Hanc sequítur pedíbus turba peculca cítís.
Prouer.ii. Ludus ín orbe quídẽ est nullus damnosíor ísto:
Contamínat stímulís pectora casta suís:
Ludus & íste quídẽ: non pax/sed pugna vídeť
Clamando currunt/vocíferantq; nímís.
Quís locus ímmunís: quẽ non vesanía talís
Contamínat? templí vix loca tũta manent.
Clerus: & ín cappa monachus: puer atq; puella:
Et ıuuenes blandí: decrepitíq; senes:
In gírum saltant pedíbus: ductantq; choreas:
Atq; íncõpositís morıbus vsq; ruunt.
Virg.ii. geor Iudith.ii. Rustícus ín circo teneram cũ flectit amícam:
Non sítís hunc tota nocte/díe ve premít.

De nocturnis ioculatoribus.

Qui cythara/aut aliis ludis de noctę vagat:
Ante domum ſtultę cantando pulſat amicę
A dulcięꝫ mouet luctantia membra ſopore:
Hunc fatuũ oblectat/moriatur frigore noctis.

# Nocte lu dere ĩpla teis.

Quoꝝ ſunt in te nebris opa: & di cũt qs videt nos? & quis nouit nos Inſanię plenas vi gilias habẽtes ne qꝫ vitaꝝ neqꝫ nup cras mũdas iã cu ſtodiũt. Stultꝰ p plateas nocturno tpe currit Carmẽ & excluſus flebile cantat amans.

Iam ſatyrę finem poſuiſſem pene: ratemqꝫ
Mouiſſem ad portũ: cęlſaqꝫ vela ſimul:
Sed mihi propoſitum rapiunt nũc turba/cohorſqꝫ Eſaię.xxix. Sapien.xiiii.
Stultorum: vigili qui modo nocte volant.

Iob.xxxiiii

Dū mollem capiūt animantia cuncta ſoporem:
Dū requies animis corporibuſq; datur:
Prouer.vii
Ebria turba vias/vicos/ſtrata/atq; plateas
Occupat: & clamat: ſtultaq; verba canit.
Nocturni lemures ſtigiis de fontibus orti:
Hos homines turbant: eumenidūq; cohors.
Hy cytharas feriūt: hi dulcia barbita tangunt:
Hi fidibus ludunt: Iſmariaq; lyra.
Ouidius in arte Lucę.v.
Ante domū cantus charę modulanť amicę:
Et ſtantes vlulant: cantica ſtulta canūt:
Non abeunt: donec fundať vrina matellis:
In caput aut donec ſaxa/vel olla volat.
Quin etiam hęc peragūt hyberno tpe ſtulti:
Cū glacie & niuibus candida tecta rigent.
Sapien.xvii. Iohan.xi.
O male prudentes: quid vana hęc gaudia noctis
Delectant? quid vos currere nocte iuuat?
Nec ſolū iuuenes: humili de plębe creati:
Cantando tacitę ludicra noctis agūt.
Hoc ꝓceres faciūt: clerus/monachi/atq; ſacerdos:
Ad ludū hos omnes fiſtula ſtulta vocat.
Hic latrat: ille boat: balatum ructitat alter:
Toruius exclamans: plus ſibi laudis habet.
Hac etiam in turba reperitur ſępe maritus:
Qui ſolet in fatuo ducere fune chorum.
Vxoremq; ſuā viduo in lodice cubantem
Deſerit: & cauſam dat ſibi ſępe mali.
Iuuenalis.
Dū cuculam paſcit vir: fœmina ſępe nouellam
Currucam admittens: oua aliena cubat.
Adephe.iiii. i.theſſa.iiii.
Vos igitur moneo facitis qui talia: veſtras
Obſeruare fores: ſeu remanere domi.

## De mendicis & eorũ vanitatibus.

En metui ne me ſtultę defectio ſectę
Afficeret: numerus nec ſatis vſq; foret:
Sed mendicorũ turbas ſcrutatus vbiq;:
Inueni paucos (credite) vbiq; bonos.

## Mẽdicãtes ipbi.

Tot mẽdicorũ cernis fraudeſq; doloſq;. Vt merito hos fatuis grandibus accumulem. Vtili⁹ eſurienti panis tollit̃ ſi de cibo ſecurus iuſtitiam negligatq̃ eſurienti panis frangatur. vt iniuſtitię ſeductus acqeſcat.

Inter mendicos fatuorũ eſt magna caterua:
De quorũ ritu noſtra camęna refert.
Se plures nutrire volunt: natoſq; tenellos:
Hoc ſtudium multis: hęc quoq; vita placet:

C. de mendi. vali. li. xi. v. q. v. nõ oĩs. & 6. di. c. paſce glo. ſup marh

c.auaricie de preben. Prouer.xiii

Clericus: & monachus rerum qui ſeruat aceruũ:
Mendici exercet attamen offitium:
Paupertatis onus tales plerumq; queruntur:
Aſt opibus pleni/diuitiiſq; rogant.

Luce.xi. Tobie.iiii. &.xii. Eccleſi.iii. pſ.xl.

Vſu oportuno eſt elemoſyna ſacra ſtatuta:
Vtq; inopi ſolũ/pauperibuſq; detur.
Hanc dedit oipotens homini vt releuamen egeno
Eſſet: ſed tamen hanc plębs vitioſa rapit:

Danielis.iiii

Non prior in clauſtro: non abbas: preſbiter atq;:
Cenſibus in propriis cor ſatiare queunt.
Plus cupiunt: ſaccos/capſaſq; inferre per vrbes
Mandant: hiſq; domus/limina cuncta premũt:

Eccleſi.vii.

Per plateas currunt mẽdici: perq; tabernas:
Nullus ab his vacuus nũc locus eſſe poteſt.

de pe.& re.c. cum ex eo

Sunt qui reliquiis ſanctorum munera poſcũt:
Et quęſtũ faciunt per loca cuncta ſuũ.
Spirituũ vendunt pennas ſępe æthereorũ.
Vanaq; nõ nunq̃ corpora/& oſſa ferunt.

Eccleſi.xix l.vna.C.de mẽdi.vali.

Sunt alii qui cũ validi ſint corpore & annis:
Mendicant tamen: & crimina grandia agũt.
Fraude ſua pueris effringunt membra parentes
Vt morbos vlulent: vulnera grata fleant:
Et ſtipem precibus poſcant: manibuſq; quadrãtẽ
Quas fraudes melius theutona ſcripta notant.

Vide librum ſtultoꝝ in lingua theutonica latius

Mẽdicant multi iuuenes validi atq; potẽtes:
Cauſa eſt: q; labor his atq; opus omne graue eſt
His q; a plus placuit alienis viuere rebus.
Paupertatis & hinc pondera grata gerunt.

xlii.di.quieſcamus i glo.

Si mẽdicorum pergam memorare profanos
Ritus: & mores: pagina deficiet.

De iracundis mulieribus.

Sunt plerique mares/asinos equitare frequenter
Qui cuperent: si non fœmina prima foret:
Sed qa precipitem mulier contorquet asellum:
Fœmineo hinc generi pareat vsq; pecus.

# Iramkiebris.

Mulierē bonā qs inueniet? ꝓcul de vltimis finibus p̄ciū eius. Melius ē habitare in terra deserta q̄ cū muliere rixosa & iracūda Cōmorari leoni & draconi placebit pl9q̄ habitare cū muliere neq̄. Breuis oīs malicia sup̄ maliciā mulieris. Et nō ē ira sup̄ irā mulieris.

Fœmineū laudare genus mea carmina vellent
Nunc potius: sed me causa maligna mouet:
Si natura negat: facit indignatio versum:
Fœmina me patitur praua silere nihil:

puer. xxi.
Eccles. xxv

Prouer.xxi
Cõmendare bonas mulíeres ſemper amabo
Sed paruas verſu dilacerare decet.
Ad quod ſecurũ facit/& dictare paratũ:
Nulla ꝙ hanc Satyram fœmína docta leget:
Cornelia
Gracchorum mater leget hos Cornelía nunq̃
Verſículos:mulier nulla díſerta leget:
Propterea audací depromam carmína vultu
Laudabo íuſtas:dílaníabo malas.
Eccleſi.xix
Fœmína quę ſophię íucũdo lacte foueť:
Et quam delectat cũ probitate decor:
Non facíle ad crímen putídũ:moreſq; pudendos.
Corruit:aut tentat dedecus atq; nefas:
Eccleſi. xxvi.
Fœmína íuſta quídem mulcet plerũq; maritũ
Iratum:placat ſeuítíamq; vírí.
Heſter
Rex quondã Aſſuerus:mandauerat enſe necãdos
Hebręos cunctos/& íugulare víros:
Heſter ſed verbis placabat pectora regís:
Iratũ blanda mollíit atq; prece:
Abigaíl
i.Reg.xxv.
Eccleſi.xl.
Prouer.vi.
Rex pius a Nabal ſpretus:lenít ab vna
Abígayl: gladíũ/contínuítq; manũ.
Salomon
iii.Reg.xi
Ecclc.xlvii
Prouer.ix.
&.xxv.
Eccleſi.xxv.
Eccleſi.xlii.
Conſiliũ dat caſta bonũ:dat fœmína mores
Ingenuos.mala ſed non pía vota parit.
Conſilío Salomon mulíerum ínfectus íníquo:
Vt coleret falſos/ín ſua damna/deos.
Línguulaca eſt mulíer:ſemper profundere voces:
Verba díra cupít:& ſíne fíne loquí.
Ouidius.v.
metha.
Pieris ínnumeros pullos eduxerat olím:
Longius emíſit ſemína pica loquax.
Prouer.ii.
Eccs̃.vii.
Erue díue pater/rex cœlí & conditor orbis:
A nequam & praua nos muliere precor.

Est picis similis mulierum garrula turba — Ecclesi.xiii.
Quę garrit: querit̃/eiulat atq; furit. — Prouer.vii
Fœmina quę semper nocturnis litigat horis: — Iuue.vi.saty.
Et pacem in strato non sinit esse thoro — Ecclesi.xxvi
Murmurat: & tacitos blactit malesana susurros:
Atq; molesta viro litigat illa nimis — ꝓuer.ii.&.v
Fœmina sępe etenim versuta est atq; maligna — Ecclesi.xix.& xxv.
Vt sibimet prudens/imperet vsq; viro:
Nec poterit tolerare boni documenta mariti:
Nec vult pacifici vota tenere viri.
Sępe cadit iustus metuenda in damna maritus: — Eccs̃.vii.
Vxoris temerę quę sibi lingua parit.
Amphion testis: Thebanę conditor arcis: — Amphion Oui.vi. meth
Vxoris Niobes crimina morte luit.
Si phas vsq; loqui foret his: Calphurnia nudum — Calphurnia. i.l.ff.de postu
Monstraret clunem: & posteriora viris.
Nulla adeo in terris animantia/siue creata:
Quantũ fœmineum concitat ira genus. — Eccle.xxv.
Fœmina dũ insanit malefido agitata furore
Sęuitiam superat: dira leęna: tuam:
Seuior hyrcana est hęc fœmina tygride: raptos
Dum catulos sequitur: fœmina sęua magis.
Exemplũ prębet nobis irata Medea: — Medea de q̃. Seneca ĩ medea.
Natos truncauit quę furibunda suos.
Exemplũq; dabit nobis simul impia Progne: — Progne de q̃. Ouidius.vi meth.
Quę teneri nati membra necata coquit.
Qꝫ nisi perdoctus Iuuenalis cuncta referret
Crimina: quę mulier fingere sępe solet:
Vellem quandoquidem ritus memorare vetustos
Fœminęi generis: & recitare dolos.

Eccl̃s.vii. Cor mulierís enim: cũctís ſpinoſius herbís:
Felle tumet ſemper: pectora bile dolent:
Nil manet intactũ putido mulieris ab ore:
Eccleſi.xxv. Perturbant mores: fœdera/iura/fidem:
Prouer.ix. Et fœdant thalamũ ſacrum: nec pronuba Iuno
Eccleſi.xlvi. Has vetat in vetite crimina legis agunt.
Fida comes nulli mulier vult eſſe marito:
Grande ſupercilium fœmina praua gerit.
Iuuenalis Euacuat loculos nũmis: & conterit omnes
Cenſus: atq; domus penſitat acta nihil.
Prouer.xxx Sunt tria ſollicitant quę terram/quę mare: quartũ
Quod nec terra poteſt: nec maria vlla pati:
Seruus qui factus dominus/magnuſq; patronus:
Tum fatuus totiens ebrius atq; ſatur:
De in furioſa quidem mulier: pręcordia cuius
Liuor edax ſemper: iraq; ſęua rapit.
Quartũ quod ſuperat cũcta hęc/ancilla ſupba:
Hęres quę domine ſit cito facta ſuę.
Iuuenalis At modo de tali cupio muliere ſilere:
Prębet quę poclis dira venena viro.
Agrippina Pontia. Qualis Agrippina: aut veſanę Pontia mentis:
Quales & ſatyri pagina docta notat.
Danaides Clytimneſtra Bęlides occurſu terrent modo corda virorum.
Sęua Clitimneſtra: & fœmina quęq; mala.
Lucretia Thais Iungit in thalamis Lucretia rara maritis:
Thais habet partes perfida in orbe ſuas.
Portia Cath. Sabina Portia rara hodie contingit iuncta Cathoni.
Nec multis nubit caſta Sabina viris.
puer.xii. Eccleſi.xxv &.xxvi Fœlix qui poterit mulierem ad vota tenere
Vſq; ſua: & caſtũ continuare thronum.

De potentia fatuitatis.

Stultitia extendit castra & tentoria passim:
Et secum totus militat orbis iners:
Precipue stulti. quos magna potentia vectat:
Et qui diuitiis/presidiisq; valent.

# Potētia fatuitatis

Oibus in terris tenet īsipiētia sceptra. Illiꝰ & sequit regia turbapedes Rapinasmeditat mens eoꝝ: & fraudes labia eoꝝ loquunt. Iccirco lapsi i die angustię minuet fortitudo eorum. & lucerna impiorū extinguetur.

Cum tibi nemo ausit prauos ostendere mores:
Esse scitus qui contendis stultissime diues:
Hinc cęco incędens in tramite: turpius erras.
Vis sapiens cunctis reputari & ditier/horis:

Sapien.v. puer.xvii. &.xxiiii. Eccle.xxxiiii

Tu licet inſcitię plenos effuderis orſus.
pſ.ix. O quotiens cū nemo velit pręponere ſtultum
puer.xxvii. Se laudat: fatuuſq; refert mauortia geſta
Eccleſi.xv. Plurima: cū maleſana tamen/quę prodit ab ore ẽ:
xxii.q.ii.pri. Iob.xxxvii Laus ꝑprio: aſcribit ſolus ſibi fortia ſtultus.
puer.xx. Fortunata nimis tellus quę principe diuo
Eccs̄.x. Ornat̄: quem vix ſupet vel magnus Vlyſſes:
Sapien.vi. Tempora partit̄ prudens: cū tempore verſat
Singula. nō illum nūmus: nō munera captant.
Virtutis cultor ſed enim: & ſua proſpera regna:
Eccs̄.v.&.x. Ve terrę cuius rex eſt puer: illius atq;
Prouer.xxx Conſulibus tuceta placent. nocturnaq; vina.
Hic etenim imperiū regnū quoq; diſſipat omne.
Sapien.xi
Eccleſi.x. Stultus in arce ſedens palpatus munere ſpurco
Inuertit leges: conſeſſus/roſtra/viroſq;:
Alter amicitiam prefert: inſontia damnat:
Sancta hinc ſimplicitas terit̄q; caditq; nefande:
Sap̄.vi.& xii Aequo deberent libramine iura foueri:
Danie.xiii. Sed vereor ſint pſeudo ſenes quos caſta Suſanna
ii.macha.iiii. Allicit: Andronici ꝑ quo perimat̄ Onyas.
iii.Reg.xx. Vota etiam Benedab fregit dum munera vidit.
i.Macha x ii Et Ionatham Triphon per munera miſſa fefellit:
Iugurta de q̄ Saluſtius. Sic Romam quondā tetigit clamando Iugurtha
Vrbem venalem cū diceret: & perituram
Munere: ſi dives emere illam temptet iniquus.
Ouī.de arte
Hora.i epiſ. Munera crede mihi placant hominesq; deoſq;:
Omne genus nūmū venerat̄: pectore vincit
Eccs̄.x. Fortia: inacceſſum linquit nihil: omnia vaſtat.
Eccleſi.x. Quo ſibi concumulet numerū ingentemq; cateruā
Stultitia: & regnet cūcto & dominet̄ in orbe.

De cura astrologię.

Est fatuus ſiquidē/vanuſq; :incredulus atq;:
Ex astris cupiens nosse futura polí:
Rustícus & quíuis indoctus:certat haberí
Astrologus:fatuas fingit ephimerídas.

# Astrologię vanitas

Futura p̄ſcíre ſolius dei ē: q; in ſui cōtēplatōne etiā angelis illa p̄ſcíre facit. Non líceat igiť xp̄ianis tenere traditiōes gēti liū & obſeruare & colere elemētum aut lunę: aut ſtellaꝝ curſus: aut in anē ſignoꝝ fallaciā p̄ domo fatiē davel p̄pter ſegetesvl' arbores plātandas vel coniugía ſocianda.

Astrologus etíam decet huc arceſſere vanos:
Atq; mathematicos/arioloſq; ſimul:
Huc ades astronōe/atq; plāetíſta/augur/ aruſpex
Sortílege/& quiſq; ſydera ſola colís. k.iíí.

29.q.5.non liceat chriſtia. et p totum et 26.q.7.nō obſtuetis &.c. ſe

Ad Gall.iiii. 26.q.7. quis existimaret.
Singula facta hominũ parua atq; minuta recenses
Exponis vano sydera iuditio.
Stultoꝝ in numero plures nũc scire futura
Conant̃: rebus peruigilantq; malis:
26.q.2.ipsos.
Astroꝝ cura est illis: & sydera spectant:
Omne quod ostendunt astra referre volunt.
Exodi. xii
Archanas rerũ causas: elementa/planetas:
Spectant: & quicquid lucidus orbis habet.
Planetistę
Errorem hic lunę variũ: solisq; labores:
Astrorũ motus: inspicit atq; vices.
Saturnus. Mars Venus Mercurius Iupiter.
Hic docet immitis quid sydus triste minetur
Saturni: quid Mars significare velit.
Hic aperit quo lęta Venus se proferat astro:
Atlantisq; nepos. Iupiter atq; pius.
Saturno genitos ad furta & probra recensent:
Quos tamen atq; bonos reddere fata queũt.
Et natos Martis referunt ad tristia bella:
Quos pace interdum cernimus vsq; frui.
Ad Titũ.ii. Ptolomeus.
Iuste age: nec dubita/sapiens dominabit̃ astris
In manibus summi stant elemẽta dei
Ad Roma.xi Ecclesi.i. ps̃.xxxv.
Iuditium siquidem & mentem vis scire tonantis
Stulte mathematice o: te furor vnde rapit?
Tu facis: omnipotens tanq̃ sua fata reuelet
Mortali cuiuis: iuditiumq; poli.
de pe.dis.iiii. in domo
Omnia linquamus supero: qui cuncta creauit
Qui nutu/cœlum/& sydera clara regit
Ad ephe.i Ad Rom.viii 26.q.5.non l3 26.q.3. admoneant.
Astra quid aduersi possunt portendere? si nos
Defendit: cuius gloria summa/deus.
Quicquid ephimerides referunt: ꝑ inane laborãt:
Nil genesis: sortes/nil quoq; fata valent.

De geographica regionũ inquiſitione.

Qui cœlum & terram: latũ metitur & orbem:
Clímata deſcríbit: & memorat populos:
Híc fatuũ inſtantẽ craſſa a ceruíce repellat.
Nil bonítatis habent hęc monumenta quídem.

## Mathematicę ſupſtítio.

Stultior ílle qdẽ q mẽſurã vndíqꝫ terrę. Metíť: nec ſe nec ſua ſcire valet. Furor eſt: ꝑfecto furor egredí mũdũ: & tanq̃ interna eius cuncta iam ſint nota: ita ſcrutarí extera. Quaſi vero menſurã illiꝰ rei poſſit agere/q ſui neſciat: aut hoies poſſint videre q̃ mũdus ipſe ñ capiat

Non ſatis eſt ſapiens: non eſt ratione polítus:
Sed noſtra in naui carbaſa plena trahat:
Qui latera immenſi mundí metiť/ & orbis
Climita: ſtat fatua circinus inqꝫ manu:

Plinius li.ii. circa prin.

26.q.7.c.igit Nosse cupit cũctas regiones/& loca cuncta:
Humano siquidem/cognita non generi:
Esa.xl. &.48 Nunc orbis lati metas: longosq; reflexus.
Eccs.iiii. Pensantur: fatuos sedula cura mouet.
ii. Corin.x. Noscere conant gentes quas spectet Eous:
Quas calor australis: occiduusq; tepor.
Abacuc.iii. Stultus hyperboreum mensuram flectit ad axem:
Et querit populos hac regione feros.
Mensuratq; vrsam dygitis quandoq; minorem:
Quo populos tali sub regione notet.
Europę atq; Asię spatium collustrat vtrũq;:
Grecos/Aeolios/Cappadocas/Cylices:
Et lybię gentes rutilo sub sole iacentes:
Atlantem/& Calpen: Herculis atq; fretum:
Semotam Thylen: querit vel in orbe Brytannos
Extremo: & radio Theutona claustra notat
Nosseq; vult tumido positas in gurgite gentes.
Et causas reflui succiduiq; maris.
Strabo Prestita cosmographi lustrat documenta Strabõis
Intactum toto nil sinit orbe quidem.
Eccs.vii. Quid geometer enim tantas in pectore curas
Concipis? incassum circulus ista terit.
Plinius Plinius errauit: quamuis spectabilis auctor:
Errores varios & Prolomeus habet.
Ptolomeus Sapien.iii. Hiere.ii. Inuauũ siquidẽ multorũ corda laborant:
Rebus in incertis quos ita sudor agit.
Ezech.xiii Eccle.xxxiiii Antea quę fuerat priscis incognita tellus:
Exposita est oculis & manifesta patet.
Ferdinandus hispaniarum rex. Hesperię occidue rex Ferdinandus: in alto
Aequorę nunc gentes repperit innumeras

# LXXVII

De eo qui non vult esse fatuus.

Marsia cũ docto certauit Apolline: victus
Amisit palmam: perdidit atq; cutem:
Attamen in manibus pendebat fistula stulti:
Et fatuus mansit Marsia vt ante fuit.



## Nõ uelle stultitiaz

ꝑpriam recognoscere.

Si cõtuderis stultũ in pila q̃i ptisanas feriẽte desup pilo: non auferet ab eo stultitia eiꝰ Plus ꝓficit correctio apud prudẽtẽ q̃ cẽtum plagę apud stultũ. Expedit magis vrsę occurrer̃ raptis fę tibus q̃ fatuo cõfidenti sibi in stultitia sua.

Quilibet hanc fatuus naturam continet in se
In solita vitę proprietate manens:
Rideri ꝙ nõ sentit se: illudier atq;:
Marsia propterea decoriatus eras.

puer. 27. & 17
Oui. 6. meth.
Oui. vi. fas.
Iuuenalis

Nam phœbum cythara doctum irritauerat ille
Ad pugnam: propter quam sine pelle iacet.
Huius ad exemplũ: tantis obducta tenebris
Eccs̃.ii. Stultoꝝ mens est & ratione carens:
Prouer. xxvi Vt fatuus quisquis se tempore credat in omni
Prudentem: sapiat cũ tamen ipse nihil:
Ecclesi.xx. Nec tamen aduertit risus: hominũq; cachinnos
Sapien.iiii. De se sic fieri: nec videt auriculas:
Seria cuncta putat/cũ risu illuditur ipse:
Ecclesi.xix Quęq; audire cupit: credit & illa libens.
Tibia dependet solitis innexa lacertis:
Stultitię signũ prębet vbiq; suę.
Oui.i. tristiũ Si quis opes multas locupleti possidet arca:
Prouer. xix Thesauros magnos & tenet in cumulo:
Hunc plures vigili cursu sectant̃ amici:
Semina qui cumulent ad scelus atq; nefas:
Lucę.xv. Et spoliant stultũ iuuenem:: vacuũq; relinquũt.
Prodigus his sociis heu bona cuncta terit.
Tulli⁹ de amicitia. Amplius & vacua dũ nil seruauit in arca
Nec res occulto sensit abire dolo:
Factus inops tandem: cunctis priuat̃ amicis:
Et refugit fatuum perfida turba procul:
Acclamat supos: & tristia verba profundit:
Penituit tandem: at sera querela nimis.
l. ius alimẽtorũ.ff.vbi pup edu.deb. Qui res tam multas vno consumit in anno
Ad cursum vitę quod satis vsq; foret:
Est fatuus: vafris/res compartit̃: at illi
ꝓuer.xxviii Plus nũmum quęrunt q̃ vel amicitiam.
Ex quo paupertas: cõtemptus/risus/egestas:
Proueniunt: stultus & sine honore sedet.

De non intellig entibus ludos.

Qui vult cũ pueris/ & ſtultis ludere: debet
Illorum luſus & tolerare iocos:
Ad clauum ne ſit nauis reuocandus: & alta
Vela trahens: malũ frangat. & inde ratem.

# Jocũ nõ ĩtelligere

Ludere cũ fatuis qui vult puerisve benigne Illorum toleret verbera/ verba/iocos A facie verbi parturit fatuus tanq̃ gemitus part⁹ infantis Sagitta infixa femori canis ſic verbũ in corde ſtulti Ludusaũt noxi⁹ in culpa eſt

Ludere cũ fatuo qui vult: tolerare nec ipſum
Cogitat: ad fatuos cõnumerandus erit.
Cum puero ſiquidem qui vult contendere: ſtultus
Si non ipſius ludicra ferre poteſt.

Math.vii. i.diſ. in prin.

Prouer.xvi. Stultus & hic pariter mouet ad conuitia riſum:
Ebrius: obtuſus/ dicitur atq; puer.

Eccleſi.i.] Qui vult cũ pueris & ſtultis ſępe iocari:
Alternis vicibus ludicra verba ferat.
Venari qui vult: opus eſt vt retia ponat:
Sectetur canibus: cunq; labore feras.
Quiſquis forte globo cupiat ſubuertere ſtantes:
Erigat ille ſimul mox quoq; pyramides.

Eccleſi xix Pro verbo verbũ: pro luſo ludicra dantur:
Stultus qui poterit non ita ferre vices.
Intolerabilius tamen eſt/ & ſemper iniquum:
ps̃.xxxvii. Pro pietate bona reddere forte malum.
Ad Roma.ii. i.ad Theſſ.v. 1.Petri.ii. Hęc fatuos natura monet/ quod rarius vſq;
Condignas referunt pro bonitate vices.

puer xiii. Eccleſi.xiii &.xxviii Prouer.xxvii Verſari ſapiens vir cũ prudentibus optat:
Cum fatuo ſtolidus quęrit habere locũ.
Q; fatuus tolerat nullũ: ſua ſola putanda eſt
Ambitio: cunctos nam regere ipſe cupit.

c.quia p ãbi. de elec.li.vi. Eſt dolor in ſtolido vehemens: ſi preſidet illi
Prudens. ſe meritum nam putat eſſe virum.
In ſumma noſtram poteris ſic carpere mentem:
Inſipiens ſolus ſceptra teneri petit.

Lucan⁹ i prio Non vult ferre parem: maiorem ferre recuſat.
Cuncta ſibi in terris inferiora putat.

Heſter.iii. Gaudia non Aman male ſanus tanta putabat
Q; cuncti colerent omnia iuſſa viri:
Quantus erat dolor huic/ q; Mardocheus apella:
Non caput atq; genu flectere vellet ei.

Eccle. viii. & xx.&.xxii Qui ſapiens igitur dici cupit atq; probatus:
Inſanos fugiat/ inſipidoſq; viros.

79

Malefacere & non expectare.

Ille quidem celerem contorquet in æthera pilã:
Nec spectat lapsam quo cita pila cadit:
Qui facit infestos multos sibi: reddit & hostes:
Nec lapsus spectat consimilesq; vices.



# Multos ledere

Heus oim rerum viciſſitudo. Qd tibi vis fieri: mihi fac: quod nõ tibi noli: Sic potes in terris viuere. iure poli. Ab alio expectes. alteri qd feceris. A quo p cedit fraus/ sepe reuerberet ipm

Insulsos etiam fatuos referam qui lędere multos
Percupiũt: lędi non tamen vsq; putant.
Insanum penitus fateor: qui crimina iactat
In faciem alterius: conspuit atq; caput:

Math. vii. In prohe. decre. i. c. dilecti de ma. & obe. ii. q. vi. qui secit.

Nec tamen hęc rurſus fíerí patereturab íllo:
Sapien.xviii Nec vice conſímílí:pertolerare íocum.
Quid ſis facturus bene pręmeditarier ante
Eccle.xxxiii. &.xxxv. Conuenít:haud facías:quod tolerare neges.
In ſaccū quí vult alíos detrudere:ſumat:
Maxílli pariter plagam alíquando ſuí.
Perillus deq̃ Ouidius.i.de arte. Fecerat vt thaurum ínfœlíx ex ęre perillus:
In quo mugítus ędderet ore nocens:
Imbuít at prímus vaccam quam fecerat ípſe:
Crímínís atq; ſuí prędmia íuſta tulít:
Math.vii. Quod tíbí non fíerí cupías o ſtulte prophane.
Ne facías alíís.ne malefacta feras:
pſ.vii. Prouer. xxvi Eccleſi. xxvii Sępe facít foueam fatuus/nocuūq; foramen
In damnū alterius:quo tamen ípſe perit:
Heſter.vii. Nempe crucē quondā fecít maledictíor Aman:
Qua Mardochęi frangeret ılle gulam:
In caput illa ſuū ſed crux deſcendit:& ín aqua
Suſpenſus/laqueo deperít ílle ſuo
Prouer. xvii. Eccleſi.vii. Conuenít cunctís bene te confídere:ſed tu
Prouídeas fraudes:prędcaueaſq; dolos:
Quí bene confídunt ſępe experíuntur amarū
Vírus:nam quís ſcít ín cute quanta fides?
Eccleſi.ix. Prouer. xxiii Non conuíua homíni nequā/cuí líuída corda
Sunt:& ſecretū pectoris exítium:
Ede aít hic hoſpes:nunc fercula ſumíto noſtra:
Iam bíbe:de cęna vt poſſís abíre ſatur:
Attamen aduerſus te vírus/corde ſíníſtro
Portat:líuentes aufuge docte viros.
Eccleſi.xiiii Sępíus arrídet te rísu forte íocoſo:
Quí cuperet mentem dílaníare tuam.

## De improuidentia futuri.

Quisq; in æstatis fœcũdo tempore: messem
Negligit: & fructus: nec bona grana legit:
Cogitur hyberno / sub sole carere cupitis:
Vrsorum & dygitos suggere more suos.

# Pigricie fatuitas

Vadead formicã o piger / & cõside ra vias eius: & dis ce sapientiã. que parat in estate ci bũ sibi: & congre gat i messe quod cõmedat. Formi cę ppls infirmus q̃ ꝑparet i messe cibũ suũ. Ois aũt piger sp i ęgesta= te est.

Stultum pręterea reputo qui deside vita
Viuit: & in pigro pectore torpor inest.
Quis non castiget fatuũ hũc: qui tempore nullo
Dispensat vitę cõmoda recta sue?

lxxxiii.dis. nihil Seneca puer.vi.

Deutr.xxxii. Non aptare poteſt animũ ad quęcunq; futura:
Inceptor ſtolidus: nec ſua facta notat.
Hic nihil acquirit rerũ pro corporis vſu:
Omnia dilapidat: nil retinere ſolet.
Eccle.xxvi. Eſt adeo demens: proprios nil cernit ad vſus:
Rebus oportunis inuigilatq; nihil:
Prouer.xix Prouidet atq; nihil ſtultus: niſi cogat egeſtas:
Atq; fames ſtimulet: torqueat atq; ſitis:
Temporis haud fatuus meditatur fata futuri:
Pręſentes tantũ reſpicit ille dies.
puer.xiii De naſo ad fauces: hominis meditatio ſtulti
Vergitur: vlterius mens ſua vana tepet:
Hunc puto prudentẽ: verſat quem cura futuri
Eccleſi. iii. & xxxviii. Vnde habeant pueri forte alimenta ſui:
Prouer.xx Quęrit & æſtatis calidę ſub tempore: fructus
Ad vitam vt poſſit cõmoda habere ſuis.
Sapien.xv. Aſt illum penitus fateor ratione carentem:
Ad res qui nunq̃ pr ouida corda gerit.
Prouer.vi.& xxiiii. Dormitat fatuus ſtratus ſub ſole calenti.
Qui nihil acquirit ſed bona parta vorat:
Prouer.xxi Triſtis hyems iſtum ieiuno gutture torquet:
Non habet vt ſtomachum quit ſatiare ſuũ:
Prouer.xxvi Et vitam miſeram brumali tempore ducit.
Math.xxv. Qui tempeſtiuas non cumulauit opes.
Eccleſi.xxii. Qui non colligit fænum: cũ Iulius ardet:
Nec ſibi quęſiuit emolumenta domus:
Prouer.xxii. Frigeat in bruma gelida: quęratq; per vrbem:
Faſciculos fœni: ſtramina nuda terat.
Exemplũ magni prębet formica laboris.
Iuuenalis. puer.vi. Colligit & ſeruat/tempore quęq; ſuo.

De litígantíbus in iuditío.

Litíbus & rixis qui delectat: & omni
Tempore contendit: iuditíumq; petit.
Eſt fatuus vehemens: nempe excęcare laborat.
Iuſtítiam : & legum contamínare fidem.

# De rixoſis

Sícut coruus ſequ=
tur cadauera: ita
rixoſus lítes. Nō
contēdas aduer=
ſus hoīez fruſtra
cū ipſe tibí nihíl
malí fecerít. Nō
iudíces cōtra iudí
cē quoniā ſcdm
q; iuſtū ē iudícat.

Acrior ad reliquos fatuos conſurgere dignū eſt. i. Corin.vi.
Quos agítant męſti iurgia vana fori. Prouer.iii
Turba quídē eſt ingens ſultoꝝ: copía pręgnās: Eccleſi.viii.
Horū/quilítes iuditíumq; petunt: Ad Titū.iii
l.i.

ii.thimo.ii. Pro cauſa exigua: minima pro re vel ínaní:
Math.v. Contendũt ſtultí: concipíuntq; dolos:
Iudítíí amfractus fatuo quęrunt ab omní
puer.xvi. Et gaudent lítes q; ſine fine gerant.
Eſaię.lvii. Tardo etíam ſtrepitu/plures ambagíbus vtí
Iacobi.iiii Conantur/longís íuditíumq; trahunt.
Prouer. xvii. Scilícet vt nocui fugíant decreta/ſacratę
Iuſtítię: leges aufugíantq; bonas.
Eccleſi.vi. Eſt quí ſe patit banniri/íu íuſq; vocarí:
Hiere.ii. Excludíq; ſacra ſtultus ab eccleſía:
Nil tamen hęc curat: ius fraude laceſſere tentat
Prouer. xxvi Iuſticíam fugiens impietate ſua:
Eccleſi xxviii Nec ſaltem íd fatuí meditant: quí fora quęrũt.
Et lítes varías: íurgia vana mouent.
Eſaię.lviii. Inuíduam q; tunc íncurrunt: quodq; doloſos
Eccleſi.viii Cauſidícos ditant: quí ſibí dona petunt.
Poſtq̃ te ſcribę calamus conpinxít auarus:
Ponit & íncraſſo codice verba tua:
Tu tamen inſipiens tua cuncta impendere lití.
Eccleſi.viii. Et cauſę intendís quę loculũ euacuet.
puer.xviii Corrumpis nũmis: alío vel munere/íurís
Prouer.iii Cuſtodes: melius vt tua cauſa ſonet.
Pínguíus & melius ſíquidem declamat/agítq;
Eccš.vi. Cauſidícus: palpet quem tua larga manus:
Sępe oratores ſpatíoſo ex orbe vocamus.
Quo prolongarí íurgía noſtra queant:
Vtq; phaleratís verbís díffundere cauſam
Poſſint/& legum garrula verba loquí.
Eccleſi.xl. Cauſidíco a talí íudex cito fallítur/ís quí:
Prouer. xxiii Iuditii ſceptrũ ſimplícitate regit.

De obſcęnis fatuis.

Colloquiũ prauum: & linguę laſciua pudendę
Verba: bonos mores contaminare ſolent:
Inducuntq; malos ritus: vitamq; prophanis
Geſtibus: inuertunt ingeniumq; pium.

De turpi loquio ſtultoꝝ

Coinquinãt mores bonos: ſermo malus. De altitudine vẽtris inferi: & a lingua coinq nata: a verbo mẽdacii: & a rege iniquo. libera nos dñe. Ve mũdo a ſcandalo.

Fęſta noui patris celebrant plures Grobiani:
Magna cohors vigili hunc ſedulitate colit.
Illius obſcęnis luſtrantur ritibus arę:
Nõ niſi pęſtiferos hic Grobianus amat. l.ii.

Eccleſi.li. 1.eſdre.vi. Math.v. i.Corin.xv. 28.q.1.ſepe

Ezech.ix. Ad templũ mixtim currunt iuuenesq́/senesq́/
Eccles. xxix. Et pariter mulier: virgo/puella/puer.
Iob.xxvii. Thura ferunt manibus. grobiani festa colentes
Sordidulis verbis. rancidulisq́ litant.
Oui.i. meth. Iam pudor ex terris abiit. petulansq́ remansit
pñs.xi. Spurcities: hominũ qua perit vsq́ genus.
En fatuus porcũ cęnosum continet aure.
Campanam manibus concutit atq́ suis.
Eccles.xx. A porco trahit̃ fatuę (mihi credite) nauis
prouer.xi. Prora. per æquoreum quę comitat̃ iter.
Pondera ne puppis tumidis mergant̃ in vndis
Turbaq́ stulto9: quam supersse sat est.
Eccñs.v. Nam si non haberet vinũ stultissima secta:
Munera iam bacchi merce minuta forent.
ii.Petri.ii. Sus tamen innumeros porcellos parturit: inde
Magna cohors hominũ festa suina colit.
Ad ephe.v Obscení mores: & tnrpia verba: colendos
pñs.xl. Effitiunt homines: nil pudor ipse valet.
Turpibus ecce viris primi nũc dant̃ honores:
Hiere.ii. Gloria prima datur fœdiloquisq́ viris:
Esaię.xli. Iam porcus viridem gestans in fronte coronam
Admittit fatuos ad sua iura viros.
Ad Collo.iii. Quidam sunt adeo obscęni/turpesq́ relatu:
Ad Titũ.i In quorũ saliunt verba pudenda genis:
Horestes Insanus quales si nunc spectaret Horestes:
prouer.xii. Eheu clamaret: q̃ furiosa cohors:
Eccles.xxxi. Illos delectant crapulę: tucetaq́ crassa:
Atq́ cadus vini: verbaq́ mixta iocis.
Ecclę.xxxii O grobiane tuas fatuus quicunq́ per aras
Esaię.lxvi. Sacrificat: fatua hunc morte perire decet.

De ſtatus ſpiritualis abuſu.
En ſtatum multi/modo ſpiritalem
Appetunt: primis iuuenes ab annis
Pęnitet tandem fatuos: relicto
Viuere modo.

Oēs mo docupiūt clericari.

Quid Romę faciam: mētiri neſcio mulos. Qui vel equos ſtrigilant: pinguia quęq; ferunt. Clerice qui neſcis quid ius & quid ſit honeſtū Aptius eſtaratrū q̄ ſacer ordo tibi

Reſtat adhuc aliquid: quod nr̄o carmīe dignū eſt: viii.q.i.iſcripturis &.c. moyſes
Quodq; locū in fatua puppe tenere ſolet.
Omnis homo pueros ſacris mō deuouet aris.
Viſq; ſacerdotem ruſtice habere tuum: l.iii.

xviii.dis. nos aũt.glo.i. xxi.di.cleros
Non hoc ꝓpoſito: ſupremi vt ſacra tonantis
Rite colat: placeat aut ſua vita deo:
Verum vt ſepoſito vitam ſudore quietam
Ductitet: illecebris inuigiletq; malis.

xxiii.dis. his igitur.
Nil animę curat fatuus/mentiſq; ſalutem.
Sola placent rerũ ſordida lucra ſibi.

xii.q.i.quia
Nil doctrina iuuat: funeſta pecunia princeps
Sacra dei inuertit/ſacrificoſq; lares.
Ordo ſacerdotum fatuo turbat ab omni:
Labitur & paſſim relligionis honos.

Numa. pom.
Non Numa preſbyteros tales in templa ſacrauit
Priſca: ſed in cunctis integra vita fuit.

xxxvi.dis. oportet
Pontificis culpa eſt: diuinos vendere honores
Iam ſtultis ſolitũ eſt/pęſtiferiſq; viris:

xcv.dis.ecce xcvi.dis.quis dubitet.
Quis furor o miſeri ad vos miſtica ſacra ꝓphanos
Compellit? procul hinc tollite quęſo manus.

xliiii.di.pto.
Non ſtatus in terris nũc eſt damnoſior illo:
O quali ſuperos relligione colunt?

Monachi
Quid fratres memoro ſubductis colla cucullis
Geſtantes? miſeri o nũc ſacer ordo vales:

Auguſtinus. vii.q.i.nõaũt
Auguſtinus enim dederat confratribus olim
Viuendi ſalubres cum pietate modos:
Hos monachi obſeruant laſciui/more ſiniſtro.
Auguſtine parum iam tua ſcripta valent.

Moyſes. Deutro.xviii xxi.q.iii.hi qui &.c.ſacer dotum puer.xxi. ii.Petri.iii. glo ii.q.vii non omnis xl.dis.c.fi.
Non quales ſtatuit primęuo tempore Moſſes
Preſbyteros: tales ſęcula noſtra fouent.
Iudocti (fateor) nũc pinguia vota ſequuntur.
Eccleſiãq; ſacram ſordida turba regit.
Poſt ſua fata tamen. quid ſit rexiſſe videbunt
Eccleſias: mores nec coluiſſe bonos.

De inani fastu & iactatione.

Mendaces fatuos: de quoꝝ pectore nugas
Bullatas capimus: nostra hos vehet illa carina
Gestarũ rerũ/falso pręconia fingunt.
Militiã hic iactat: doctrinam iuris & alter

# Se iactare.

Multi nunc sunt heu doctores Militesq; ꝑuersores legis & iustitię. Qui se iactat & dilatat iurgia concitat. qui vero sperat in dño saluabitur. Qui genus suũ laudat aliena laudat. Propria laus sordet. sꝫ nobilis est aliena

Feruida iam dygito compescere labra volebam:
Et finem numeris ponere forte meis:
Turba tamen stolidis frontem redimita corymbis
Percita stultigero gesta furore refert.

xii.q.ii.gloria episcopi. xxi.q.i.ois. ꝑuer. xxviii. l.iiii.

Alter enim miles geſtat calcaria ahena:
Alter & in manibus romula iura gerit.
Miles ab antiqua ſe nobilitate ſuperbum
Iactat: & a Tullo tempora rege notat.
Aut genus a claris patribus quos Romulus olim
Legerat: atq; alios enumerare ſolet.
Forte tamen patres habuit/qui fœnore iniquo:
Fraudib⁹ aut aliis ſtemmata parta gerunt
Plures ſe faciunt: ex nobilitate ſupbos
Quam virtute ſua non meruere tamen.
Nobilitas virtute bona: meritiſq; beatis
Conſtat: diuitię ſtemmata nulla parant.
Candorem tituli: qua nam virtute mereris?
Aut quid geſſiſti: quod tibi ſtemma dedit:
En ais: externis martem diduximus oris:
Cognita ſunt variis gentibus acta mea.
Me Solymę videre ſacrę Memphitica tellus.
Gallia bellipotens: marticolęq; Getę.
Atq; alias bello regiones fortis in armis
Luſtraui: merita nobilitate feror.
Doctoris quidem titulum nomenq; tenere
Gliſcunt: ſe iactant: & dicere nihil.
De rebus fatuis vaniſſima verba loquunt̃:
Eſſeq; prudentes/doctiloquiq; volunt.
Nil ſapiunt penitus: tantũ de cortice libri
Sumpſerũt tituli nomina vana ſui.
Cũ manibus ductant fatuũ. pręconia iactant
Que nũq̃ meritis ſed peperere ſuis.
Sed q̨d multa loquar: fatuis innata ſuperbis
Hęc mala: quod non ſunt: protinus eſſe volũt.

Milites Tulli⁹ hoſtil'

prẽs cõſcripti

pſ. lxi. puer. xxviii

Iuuenalis. Seneca

i. corin. iiii de pben. venerabilis. Bar. in l. i. C. de icolis li. x.

Doctores

xlix. diſ. ſacerdotes. & glo. i l. i. C. de athl. li. x.

Prouer. xxvi

De luſoríbus.

Multos ludorum fatuos damnoſa voluptas
Sollicítat: tantumq; iuuat
Nil aliud curant: nec delectatio maior.
Iacturam neq; penſiculant.

# Ludo intenti

Pone merũ & talos pereant q cra ſtína curāt Mors aurē vellens: viuí te ait/venío. Sedít popul⁹ cõmedere & bíbere & ſurrexerũt ludere

En íterũ noſtis offert ſe turba camœnís
Sordida: ludorum concomitata íocos.
Initío/furiís ego ſum tribus addíta quarta
Ludus ait: fatuos híc numerabo meos.

in autẽ. de ſãc epiſ. interdicimus.
Vir. de ludo
Exodi. xxxii
i. corin, x.

l.fi.ff.de alea. Quídam ſunt adeo íncenſí certamíne ludí:
Et ludos tanta ſedulítate colunt:
glo in.c.pe.de vi. & ho.cle. xxxv.diſ. c.i. glo.i. Voluere taxillos reputant ſibí gaudia ſumma.
Tres bene currentes/gaudia ſola parant.
Noctes atq; díes ludi certamína verſant.
Alea díſcurrít: ſordída lucra petit.
Hunc ſenio dítat: damnoſa canicula mordet
Illum: ſed Venus hunc radít íníqua cito.
Iuuenalis Ludus agít bílem: mentís ſecreta relaxat.
Inficít ingenium: ſenſibus atq; nocet.
de ex.prela.iter. dilectos vbi. glo.& doc.do. Car.in cle.ii. de vi.& ho.cl' Efficít íratos hominęs: pręcordia frangít.
Alea ſollícítos efficit vſq; víros.
Níl curant alíud luſores: tota voluptas
Sortíbus ínfixa eſt: írrequíeta quídem:
Per noctem vigílant: latrant (iuran tq; frequenter:
Nulla fames íllos: nec ſítís vlla mouet.
Leuiti.xxiiii Sępe furore graui díffamant vulnera chriſtí.
Ad Roma.ii. Torquent ad ſuperos verba nefanda deos.
de cle. male.c i.&.ii. Tanq̃ pęſtíferos luſores/conditor orbís
Curet: & ad ſtultí turpía verba fleat.
de iudi.c.ii. li.vi. Spurcídíus tamen hoc. q; fœmína ludít/íníquís
Intermíxta vírís. & tabulę vſq; vacat.
Nobílís: & clerus/cíuís/íuueníſq;: ſenexq;:
Cum tenuí vulgo ludere ſępe ſolent.
no.in.c. cleri. de vi.& ho.cl. Quem decet vt modícū ludat: ſíbí congrua ſumat
Tempora/perſonas elígat atq; pares.
Omnípotens cūctos luſores odít íníquos:
Et ludos vetuít regula ſacra patrum.
hoſt.in ſum. de ex.prela. qualiter Nam mala proueníūt ex ludo crimína multa:
Ludus opes mínuít: & bona cūcta terít.

De ſuppreſſis fatuís.

Eſt (ſcío) turba meo fatuoꝝ pícta líbello
Magna: ſub ínſculptís atq; locata notís:
In tergū illoꝝ capitoſus ſaltat aſellus
Depreſſos monſtrans/ſtultígeroſq; víros.

# Multe fatuoꝝ preſſure

Multímodos fatuos preſens con torquet aſellus.
Et ſtultos plures calcitrat ílle nímís
Quí ſe ſpōte ſua p aperta perícula míttunt. Auriti & pecoris ſub pede crebro íacent.

Tranſtra per & remos collecta eſt tanta caterua:
Et numerum tantū noſtra carína vehít:
Vt prope ſtultoꝝ ſine me díſcederet íngens
Copía: ſed monuít noſter aſellus herum.

Prouer. i.
Eccle. xxxiii.

Nauículam merito ſtultis conſcendo paratam:
Sunt varíí victus: vita nec vna viget: — Quintilian⁹. l. ii. ff. ad treb.
Quílibet ín menſa deuítet turpía verba: — quia poterat.
Porcorũ mores pellat ab ore procul. — Prouer. xxx.
Atq; agat æterno grates ex pectore patrí: — Ad collo. iii
Exoptetq; ſacrum proſperitatis iter. — Thobię. ii.
Nec díuínus enim nos conditor ípſe creauít — Eſaię. li.
Ad potum atq; cibũ: corporeas ve gulas: — i. theſſ. ii. &. v
Nec ſumus íccírco natí comedamus vt vſq;: — ariſt. ii. de aīa
Aſſíduo aut fument corpora noſtra cibo. — Eccl̃s. v.
Sed potum atq; cíbum pro vita ſumímus: atq;
Corporís ad podíum / ſanguíneoſq; lares.
Spíritus eſt anima noſtra: índe habitare neq; bít — xxxii. q. ii. moyſes
In ſícco: ſedem ſanguínís illa tenet.
Sed modus eſt rebus: eſt & menſura decorq;: — Horatius
Quem citra atq; vltra / vita / anima atq; fugit. — glo. Inſti. p q̃s p. no. ac. i pri.
Iccírco crapula atq; gula / plures moriuntur: — Eccleſi. 37.
Q̃ gladío / aut telís / ingenita ve nece.
Curía magnatũ / mores quandoq; probatos /
Vrbanos / dignos / tradídit atq; bonos: — Curialitas antiqua
Curía nobiliũ nunc eſt corrupta / malígna
Ebría / multíbiba / garrula / fędiloqua:
Perdídit atq; vetus nomen / famamq; fídemq;:
Amplius in toto nec víget orbe decus.

De laruatis fatuis.

Rísit Democritus stultas/& ínanía mundí
Gaudía: q laruís pergeret omnís homo.
Cynícus econtra casus defleuít ín omnes:
Et quía tot fatuís terra repleta foret.

# De gaudio larue

Rísus dolore mí=
scebít & extrema
gaudíí luctus oc=
cupat . Stultítía
gaudíū stulto . &
vir prudens dírí=
gít gressus suos .
Perpetuorísu pul
monē agítare so
lebat Democrít⁹
sapiens fleuít cō=
trarius alter. Faci
es q̄ ad sīlítudínē
pulchrítudínís ce
lestís est fígurata
mínime maculet

Prouer.xiiii. Víueret ín nostro sí ıam Democritus quo
Iuuenalis
l.fiqs C.de pe Ríderet toto crímína nostra díe:
Plinius li.vii Et crassus parıter ríderet ludícra mundí:
Solinus
Crassus Quem rísísse semel carmína prísca canunt.

Pręcipue nostra si tempestate/videret
Laruatos fatuos: stultiloquosq; viros:
His fatuis nullũ vitiũ nũc turpe putat̃
Ad scelus hos etenim vita petulca trahit.
Concita gallorũ sancto vix membra furore
Vexant̃: cybeles dũ fera sacra colunt:
Cũ furia tractant vix Męnades orgia tanta:
Cũ recolit lemures stulta caterua malos.
Induit hic laruam: turpes hic sumit amictus:
Ille linit faciem: contaminatq; fuco:
Hic gerit in fatua conductos fronte capillos:
Hic dentes emptos: hunc tegit alba toga:
Parthorũ ad morẽ cupit alter sumere vestem:
Hic habitus Geticos/Sarmaticosq; petit.
Hic faciem turpat: quo vix deformior ille est
Tartara qui terret murmure cerbereo.
Musica cõportant fatui instrumenta: canuntq;
Audiat vt fatuos quęq; puella suos.
Ante domũ notę dominę vestigia figunt:
Consumũt totos/sicq; boando dies:
Fausta puella quidem/fatuis tutatur ab illis
Quę se laruati turpia quęq; petunt.
Sęducit castos animos laruata caterua:
In facie dęmon quem gerit ore/patet.
Corda puellarũ manibus discerpit aduncis:
Vnguibus horrendis: dilaceratq; thorum.
Quicquid enim sceleris totus non perficit annus
Hoc laruatorũ tempore conficit̃:
Sępe tuas: larua contecta subintrat in ędes:
Quę tibi gallinas vulpis iniqua voret.

De vi. & ho. cle. cũ decorẽ.

Druyde. de quib⁹ lucan⁹.

Menades Persi⁹ sati. i. Lemures de quibus Oui.

Ecclesi. xxv

C. de epi. & cl̃ l. mime in aũt. de san. epi. col. ix.

In qua nil curas laruatę crimina gentis:
Contamínas thalami fœdera ſępe tuí.
Quid refero mores: quid turpía verba: íocoſq;
In quíbus aſſidue ſtulta caterua furit?
Larua repręſentat nunc ſaturnalía feſta:
Aut ſalios nudos: mãmuriũq; fabrum:
Quodq; magís credo: talí ſub tempore/dítis
Emíſſos lemures: terrificaſq; deos:
Lœtiferí quoniam pendẽt de frontibus hydrí:
Abſcondunt faciẽ: quam deus ípſe dedit.
Naturam turpant: tenebroſo pecto cultu
Vera tegũt: vultus cõmaculantq; fuco.
Se facit hic claudum: ſe cęcũ clamitat ílle:
Larua tegít proceres: magníficoſq; víros:
Id tamen eſt peíus: trahímus ludíbría laruę
Paſchatis ad feſtos ſacrificoſq; díes:
Ducímus & choreas: Veneris certamina mollís
Peſſíma verſamus: níl ſacra feſta vetant.
Paſſío quò chriſtí meditatur tempore: laruam
Accipímus: ſceleris pabula quęq; placent.
Surgimus heu tarde cum chríſto: crimina mũdí
Vana: iubent ſolítam continuare víam.
Fraterno lemures hos nunc ſermone precamur
Vt tandem ſapíant deſtituantq; nefas.
Eſſe nefas quís nam dubitat? q; vertímus ora
Naturãq; ſimul? turbídus error abí.
Fama volat quendam occíſum quẽ larua tegebat
Quem mox cũ larua dęmon ad íma tulít:
Iure quídem: nam cuíus erat nũmíſma & ímago.
Effigíem & pignus abſtulit ílle ſuũ.

Saturnalia
Compitalitia
Mãmurius Faber

C. de pe. l. ſi quis de cri. fal. ad audi/entiam de con. diſt. v. fucare

de con. diſ. v quadrageſiã

Viri prudentis descriptio.

Vir bonus & sapiens reprehendit turpia facta:
Dictaq; castigans impia: iusta docet.
Conscius ipse sibi: mala cuncta & inania vitat:
Et vitam quęrit diligit atq; bonam.

sapiẽtia.

In sũmis excelsis q; verticibus sup̃ viã i mediis semitis/stãs iuxta portas ciuitatis ĩ ipis foribꝰ loqt̃ sapia dicens. O viri ad vos clamito . & voxmea ad filios hoim. Intelligite puuli astuciã: & ĩ sipiẽtes aiaduertite. Audite quoniã de rebus magnis locutura sũ. Veritatẽ medita bit̃ guttur meũ & labia mea detestabunt̃ impium

Prudentem cecinere virum documenta Maronis
Qualem vix hominẽ ſęcula nostra tenent,
Socratis egregii maiestas/iudice phœbo
Dicitur emeritos promeruisse gradus.

Prouer. viii & .xxvii. Sapien. vi. Eccles. x.

Socrates
Talís erar ſophię díuinę Socrates alter:
Qualem Virgilii carmína docta canunt:
Ex ſe pendebat totus: perfectus ad vnguem
Conſtans: & dexter/prouidus atq; bonus.
Sene.epiſ.cv.
Vir bonus & ſapiens dotes in pectore multas
Continet: & clara nobilitate micat.
Tull.in pa.
Iudex ípſe ſui: nec vaní murmura vulgí
Curat: ſecurus tempora grata terít.
Eccleſi.iii.
Rebus ab externís neq; mercem aut crimína ſumít
Eſt frugí ſemper: & moderata petít.
Sapien.vi.
Pectus habet ſolídum: propellít ínanía vota.
Eccs̃.vi.
Contínet & ſtabilí pectora recta gradu.
Prouer. x.
Eccleſi.xviii
Non prius a mollí rapíuntur membra ſopore
Omnía q̃ vítę ſint reputata ſuę.
Vtíle cũ ſancto ſapiens coniungít honeſto:
Eccs̃.xii.
Omni alíquíd laudís & gerít ípſe díe.
Eccleſi.37
O vtínam noſtro tam conſona turba ſophię
Tempore fulgeret: tam nítidęq; ſcholę:
In quíbus ílluſtrís vírtutis ſemína/prudens
Funderet: æthereum concíneretq; decus.
Eccs̃.i.
Míranda non eſt: q; tam numeroſa caterua
Stultoꝝ: totídem ſeruat ín orbe víces:
puer.iiii.
Eſt ratío ín promptu: quoníam ſapientía pulſa
Exulat: & mundũ ſaucía facta fugít.
Eccs̃.x.
Quí bonus & ſapiens noſtro nunc eſſe laborat
Eſaię.v.
Tempore: veſanus dicítur atq; rudís:
puer. xxix.
Callídus & vafer quí nunc eſt atq; doloſus:
Híc títulum ſophię: & nobílitatís habet.
Ariſtides.
Curius
Fabritius
Iuſtus Ariſtídes quíd tempeſtate valeret
Noſtra? quíd Curíus/Fabrítíuſq; bonus?

Quíd Cato díuínus: celebrís quíd turba Platonís! Prouer.ix. Sapien.v.
Prudentes rident ſęcula noſtra viros.
Hís tituli candor datur & nunc gloria pręſens:
In quíbus eſt fraudū ſtultitięq; vígor.
Aſcendít celebres ſtultorū turba cathedras:
Stultitía mentes quę violare ſolet.
Sí modo prudentes aleret Germanía pugnax Germanie defectus
Et daret ingenuis prędmía dígna víris:
Non ſic deſerta fluerent prędconía fama:
Parta quídem: quę nūc Theutona terra p̄mít.
Sí gradus inſignis ſophię cultoribus eſſet:
Non veheret fatuos tot modo noſtra ratís.
Sed cenſor nūc nemo ſui ſe explorat ad vnguē:
Nemo animū muſis imbuít ingenuis. Prouer.xiii
Stultígeras igit̄ tunicas/fatuoſq; cucullos
Impoſuí multís: quos mea ſcrípta notant:
Ergo prudenter ſtultus qui víuít: agitq; Virgilius
Vírgilií vt díuí pagína ſacra canít.
Protínus æthereas hic celſior vſq; ſub auras Eccleſi.iii. Sapieu.vi.
Tranſuoluet. & nitídí lactea ſígna polí:
Carneq; mortalí poſita/captare quietem
Cœleſtem poterit. Ambroſiaq; frui.
Ad ſophíam teneros igitur ſuccíngíte lumbos:
Et date conſpícuę thura benígna deę.
Qua propter doctís optat Philomuſus honores
Et pacem muſís poſcit adeſſe ſuís.
In primíſq; ſuo Tícioní/magna precaī
Gaudía: conſtructa eſt quo duce noſtra ratís. Titio & theda. qui & Brant
Sít tibí/mi prędſtans animí prędceptor/amice
Theda/ſalus íngens: Brant venerande vale.

In cõmendatione philoſophię.

In precio non eſt hodie doctrina bonorum:
Sed ſpuit ad doctas ſtultus vbiq; togas.
Doctiloquos tentat vulgus detrudere ſacco:
Sub pede ſtultorum philoſophia iacet.

# Bonorũ hoim ꝑſe

cutio.

Ne paueas repẽtino terrore & irruẽtes tibi potẽtias impioruz: dñs enĩ erit in latere tuo: & cuſtodiet pedẽ tuũ ne capiaris Quoniã nõ infinez obliuio erit paupis: patiẽtia pauperũ nõ peribit. Conſcidiſti ſaccũ meũ & circũdediſti me lęti tia.

Pſalmo. xxix Quiſquis ad æthereas ſacratę pallados arces
Iohel.i. Tendit: in hac requiem vel cupit eſſe ſuam:
Apoca.v.. Hic manibus purus veniat linguaq; pudicus:
Sapien.i. Vt ſophię foculis fumida thura ferat:

Philoſophia ſacris animos colluſtrat ocellis: Tullius p archia poeta.
Ingenii dotes: prębet & eloquium.
Luctificas huius ſolamur dogmate mentes.
Hęc animi motus pellit & illecebras. Eccleſi.iiii.
Hęc bene viuendi prębet documenta viaſqꝫ.
Hęc iter ætherei pandit ad aſtra poli.
Poſſumus ac mentis triſtes auertere caſus:
Poſſumus hac lapſus exuperare graues.
Hanc deus omnipotens cœleſti miſit ab arce puer.ii. Eccleſi.i.
Vt nobis cœli ſemina clara daret.
Illius in collo pendent redimicula ſacra:
Per genus humanū quę modo ſparſa micant.
Membra tegit peplo: pallaqꝫ induta Minerua:
Sub pede purpureas ſpargit vbiqꝫ roſas:
Seruiat huic ſapiens quiſqꝫ: nam nectare diuo Sapien.vi. &.ix.
Corda hominis potat: Ambroſiaqꝫ cibat:
Et libertatis veros concedit honores. Eccleſi. xxvii
Hac duce perpetuo libera corda manent:
Hęc ſcelus atqꝫ nefas pellit: moreſqꝫ profanos. Prouer.viii &.xvi.
Explodit vitium: prębmia laudis habet.
Hanc ꝓpter ſapiens nitidum conſcendit olympū:
Hęc aperit iuſtis regna ſerena poli.
Poſſumus hac ſęuos facile extirpare tyrannos:
Fida comes vitę eſt/ & benedicta quies:
Hac ſine nō prīceps: nō rex: ſua ſceptra gubernāt Sapien.viii
Eſt fidei mater: iuſtitięqꝫ parens:
Palladis ad munus iuuenes properate ſeneſqꝫ puer.vii.
Ex gremio cuius fons ſcatet irriguus:
Curriti vos docti: veſtram obſeruate Mineruam: Prouer.iii.
In ſaccū trudit dogmata vulgus iners.

FOLIO

# Concertatio Virtutis cum Voluptate.

Aſpice conflictum virtutis: atq; petulcę
Deinde voluptatis/gaudia vana vide:
Legimus Alciden ſomno cum forte iaceret
Vidiſſe ambiguas/difficileſq; vias.
Ambarumq; ſtatum/finem/vitamq;/modūq;
Scrutans: virtutis cępit inire viam.

S. Brant. Argumentū.

# Epigrãma ad lectorem.

Vírtutís quícunq; colís ſacra dogmata lector
Aſpíce quos fecímus pollíce & ęre modos.
Tu tamen in primís frontem depone ſeueram:
Aut fuge: ſi naſum rhinocerotís habes.
Nos veniam ſcriptís dabímus petímuſq; vicíſſim — Horatius i arte
Sí peccat numeris pagína noſtra ſuis.
Frangítur hic puro dictamíne blanda voluptas:
Et ſpurcę Veneris marcída caſtra íacent.
Sed vírtus níueo victrítia tela tríunpho
Suſpendít: cęlo ſeq; ſuoſq; beat.
Hanc amat ímberbis íuuenís: vitęq; magíſtram
Ducat: & ęterno munere formet opus.
Illecebras fugíat: quas ſpondet vana líbído:
Hęc animos frangít: pectora caſta terít: — tullius in off.
Fœdat & íngenii cultus: ſenſuſq; pudícos
Deſtruít: & ſemper blanda venena vomít.
O íuuenes ſpectate probí: quíd candida Vírtus
Poſſit! quíd noceat luxuría Venus!

De duplící vítę humanę vía.

Auerte pedem tuã a malo: Vías enĩ que a dextris
ſunt nouít dñs/peruerſę vero ſunt q̃ ſunt a ſiníſtrís — puer.iiii.
r.iíí.

# Voluptatis via

Nec ꝑhibui cor meũ qui oĩ voluptate frueretur & oblectaret ſe ĩ hiſque ꝑparauerãt. Quis ita deuorabit & deliciis affluet vt ego? Venite ergo & fruamur bonis q̃ ſunt & vtamur creatura tanq̃ in iuuentute celeriter.

# Obiectio voluptatis

criminantis virtutem.

Eccl̃s.ii. Sapientię.ii.

En ego ſincerę virtuti inimica voluptas
Adſum victrici lauro redimita: per orbem
Signa mei fulgent caſtris ſuffulta triunphi:
Semper Achemenios ſpirant mea tẽpora flores:
Et redolet violas collecti faſci a crinis.
In niueis ſoleo manicas geſtare lacertis:
Et veſtes tyrię fulgentia brachia velant.
Eſt facies laſciua nimis: ſtant lumina multo

Inuídíoſa íoco: petulantes frontís ocellos
Oſtendo: mallem frangunt quí ſępe iuuentam:
Delitias offendo meas: & mella per orbem:
Vt capiant íuuenum teneras mea retía mentes:
In manibus Cytharam teneo: plectrumq; ſonorũ
Turba ſedet iuxta mollis: blandiq; choraules.
Ante meã ſtatuã dulcíſſima carmina pangunt.
Pectine facundo mulier ſtat pſaltría iuxta.
Nim ſoror ípſa deí: cuí ſacra ſolennía reddunt
Męnades ínſanę frontem crinemq; rotantes.
Quí mea proſequítur miles vexílla: labores
Nullos: & líber díſcrímína nulla ſubíbít:
Cogítur haud ſęuis caput obiectare procellís:
Non ſtrepitus pugnę: nõ triſtía claſſica Martis
Audíet: armíſonus lituus nec pectora franget
Sed quí me comitem ſequit̃: non tramite duro
Ambulat: at dulces híc experietur amores.
Quí mea ſpreuerunt quondã monumenta: periclís
Immerſi grauíbus: vitam clauſere dolore.
En dea ſum cuíus ſpatioſo noſcitur orbe
Imperium: & noſtro manant de pectore molles
Delitię: riſus: & cantica plena íocorum:
Et ſub me ſanę longiſſima fata ſenectę
Vſq; vigent: albíq; díes: horęq; ſecundę:
Quondam Priamides quo Troía ceſſit achíuís: Paris
Signa tulit noſtri manibus florentía regní.
Indulſitq; bonis: quos̃ eſt mea magna poteſtas
Et mihí ſeruíuit cultu Cleopatra ſuperbo: Cleopatra
Blanditiaſq; meas canopea ad mœnía duxí.
Africa me noſcit: me noſcit corniger Hammon:

Numide Mauritania.

Me numidę infrenes: colit & Mauriſius atlas:
India delitias noſtras veneratur: & omnes
Educunt rutilo qui candida membra ſub ortu:
India Eccleſi. xxxi
Me duce ſobrietas toto pulſatur ab orbe.
Sarmate Parthi Gethę Hiſter. Sycamber Epicurei.
Sarmata non tutus: nō parthus / nō geta pugnax:
Non Hiſter: nō trax: ſemper criſpuſq; ſycamber
Noſtraq; per varias mittuntur ſpicula gentes.
Noſtra ſophi veteres coluerunt numina: quorum
Scripta manent poſitę me defendentia ſectę.
Nam ſine corporeo proſunt bona noſtra labore:
Et gula nobiſcum / feruens quoq; gloria menſę:
Non mea ſub galeis vita eſt: nō ſtramine duro
Corpora noſtra cubant: ſed prebet pluma q̨tem:
Iuuenalis in ſatyra oībus in terris
Me niſi delitię molles ſequerentur / & omnis
Luxuries: tanti non reges blanda ſubiſſent
Caſtra: quibus toto victrix dominabor in orbe.
Sardanapal⁹ de q̄ diodorus & Iuſtinus Roma
Sardanapalus enim regalia facta relinquens:
Corporis illecebras coluit. florentibus annis
Bellica Roma quidem noſtro ſudauit amore.
Mollibus in plumis dantur ſua gaudia multis:
Hiere. vii.
Non frigus / diramq; famem iuuenilia captant
Pectora: ſed requies ſemper blandiſſima nobis.
Otia quandoquidem non perturbata fouemus:
Ergo vos iuuenes quorum ſunt mollia corda:
Atq; ſenes pariter quorum eſt annoſior ætas:
Porrigite huc aures: currit mortalibus q̨uum:
Verba Sardanapali Sapientię. ii.
Et currunt ſine fine dies: libate vel q̨ſcis
Mellifluis genio: poſt mortem nulla voluptas.

# De via virtutis.

Deus creauit de terra hominez & secūdū imaginez suā fecit illum. & iterū cōuertit illū in ip̄az. & secūdū se vestiuit illū virtute: numeꝝ dierū & tp̄s dedit illi & dedit illi ptātē oēm q̄ sunt super terram.

# Responsio virtutis

carmine Elegiaco:

Carmine nugoso quid me malesana voluptas
Lędis: & imbelli pectore bella paras?
Quid fallax miseros/age perfida/decipis arte?
Illecebris mundus cu r ruit vsq; tuis?
Quid sordes: luxusq; tuos: lancesq; voraces
La udas? blanditiis gloria nulla tuis.
Aebrietas tibi fida comes: infamia pennis
Circū te volitat. & tua castra premit.
Es (fateor) pulchro semper laqueata capistro.
Sunt oculi molles. fronsq; petulca nimis.

Eccs̄.xvii.
Sapiē.vi.&.i
Baruth.iii

In capite insignis fulgor: redimicula: vitę
Sertaq; dependent. purpureusq; color:
Te chlamydes tyrię velant: te balteus ornat:
Et te Sidonio purpura tincta fuco.
Non galeas armata geris: sed corpore nudo.
Allicis imbelles in tua vota viros.
Te iuxta Veneris stant atq; Cupidinis arcus:
Et pueri cęci dira sagitta iacet.
Dextra tenet speculũ quo splẽdet turba maloꝝ:
Lęua tenet luxus: & genus omne mali:
Fronti nullus ineſt candor: sed spurca libido:
Non pudor in verbis/ingenuusq; iocus.
Te duce per mundum gemini tractantur amores:
Te duce langueſcunt fortia membra ducum.
Te duce nobilitas perit: & veneranda iuuentus
Marceſcit votis dedita aduſq; tuis.
Te duce morborum patimur discrimina: mortes
Ad stygioſq; cadunt corpora noſtra lacus:
Tu facis ingenium torpens. tu pectora casta
Inficis: & sensus non finis esse bonos:
In tę decreſcunt animi: soluuntur & artus:
Corporis & semper esca doloris eris.
Ex te lœthales morbi: genus omne malorum
Et gula manauit: delitiũq; malum.
Tu facis imbelles iuuenes: petulanſq; senecta
Te duce concreſcit: bęstia spurca nimis:
Pellicis in fraudes multos/vitęq; tenebras:
Nil castum impura conſpicuumq; doces.
In te non ratio: non purę semina mentis.
Ingenium nullum. sed mala lingua quidem.

Multosq; claros egísset dextra tríunphos:
Et multos caneret fama ſuperba duces.
Sí nõ blanditías: ſi non tua vota ſubíſſent:
Et ſimul ímpoſítis nígra venena cadís,
Mœnía dardanídum: vertiſti & pergama Troíę: Troia
Per te Parthorum regna ſuperba íacent. Parthi.
Regna íacent Aſíę luxu conſumpta vorací: Aſia
Luxíbus & ſquallent Attica regna tuís. Gręcia
Obruta ſunt Danaũ fortiſſima mœnía per te:
Atq; vrbes Sodomę morte rígante iacent. Sodoma.
Excídiũ per te dírum eſt experta Corínthos: Corinthus.
Atq; Tarentínę ſic periere domus. tarentum
Lapſa etíam per te ſordent Nílotíca regna: Egyptus
Aſſyríí per te ſíc cecidere duce. Aſſyria
Te Sybarís colles: te Rhodos: atq; Míletos Sybaris
Et varías gentes contaminaſſe palam eſt Rhodus
Tu Sordos: thraceſq; truces: tu blanda Getaſq; Miletus thratia
Corrumpís: dírís inficís atq; malís. Gętę
Sors mea nunc melíor: quoniã me víta pennís
Spectat: & æterno gloria parta gradu.
Degeneres anímos pacienti extollo labore.
Cœlí porta patet (me duce) apta víris:
Amphítroníades metuenda pericula vicít Hercules
Me duce: cęleſtís íncolít aſtra deí.
Me duce barbarícas gentes proſtrauít ín armís Iulius cęſar
Iulius: & fœlix ſydera clara premit:
Magnus Alexander noſtros comitatus honores: Alexander magnus
Ingeníí pugnas/ & fera bella tulít:
Síc Paulus conſul regem quí Perſea vicít
Me duce Romanís clara trophęa dedít. Paulꝰ emiliꝰ.

Cicero Virgilius
Me duce facundi fulgent Ciceronis honores:
Et Maro Romanę gloria magna togę:

Aristoteles. Plato
Doctus Aristoteles nr̃a hęc monumẽta sequutus:
Et Plato: quo nusq̃ maior in orbe fuit.

Candida me coluit doctoꝝ turba sophorum:
Ingenium per nos eloquiumq; valet.
Ad laudes genitos & dulcia munera diuum:
Fama trahit nostri nominis atq; decus:
Aspice (quid multos repetam) stat nostra p orbem
Gloria/fama/salus/laus/honor/atq; decus.
In te luxuries/fastus/cõmertia fœda:
Et putidum semper stillat ab ore malum.

Prouer. viii
In me diuitię: iustum/rectumq; piumq;:
In me consilium: gloria sola mea est.

Sapien. iiii.
Casta mihi domus est: stant celso colle penates:
Hos tamen ingenuus scandit vbiq; labor.

Prouer. ix.
In virtute labor: sed & in sudore voluptas:
Atq; quies: magnis semper amanda viris.
Siue velis famam ingenio sectarier almam:
Armisonę ve iuuat voluere signa deę:
Seu res ciuiles merito tractare fauore:
Hęc animo infracto (me duce) cuncta facis.
Quem labor & sudor torquet/virtutis amore:
Aetherei tandem scandet ad astra poli.

puer. viii.
Virtus sola regit terras: dominatur in alto.
Diuidit & nutu dona beata suo.

Plau. i amphi puer. vii.
O iuuenes dũ fata sinunt: expellite vanas
Corporis illecebras: lœtiferumq; nefas:
Imbuite ast animos virtutis dogmate veſtros:
Vt sapiant rectam pectora veſtra fidem:

Latína nauís ſeu barca ſocialís.
Innumeros ſclauos/fatuos ſine fine furentes
Hactenus ín noſtra ducere claſſe íuuat:
Sí quís forte locũ potuit mínus accomodatum
Nancíſcí: huc veníat cũ ſocííſq; vehat.

## ſocietas fatuorũ.

Gaudiũ ẽ miſeríſ ſocíos habere penaꝫ. Sed nõ mínus ardebũt: quí cũ multís ardent Qui ĩter huíuſcemodí letãt: & eẽ ſub ſentib⁹ delící as cõputant: fílíí ſu nt ſtultoꝫ & íg nobilíũ/ oppreſſi quaſi fluctibus ſemítis ſuís: fratres ſũt draconũ & ſocíí ſtrutíonũ. Sic fuit/ẽ & erit. ſíl'is ſíl'em ſibí querit.

Currite ſulcamus feſtinis æquora remis:
Et premit ímmenſum carbaſa noſtra fretum.
En ſocíalís adeſt claſſis: properate ſodales:
Et fatuí pariter nunc properate merí:

ii.q.i.multi
Eccle.13. &.7
Iob.xxx.
i Eſdre.v.
Sapien.iiii.

Eccš.i.

Nam noſtrę numerus ſectę eſt immenſus: & aures
Ad varias gentes tendit: & ad populos.
Noſtra cohors equidē totū cōplectit orbem
Pauci ſunt quos non fœdera noſtra premūt.
In omnē terrā exiuit ſonꝰ eorum.
Ex Aſia veniūt rutilo ſub ſole creati
Stulti: nobiſcū qui cita vela trahunt.
Finibus e Lybię veniūt terraqꝫ calenti
Mauſirii imbelles/æthiopeſqꝫ nigri:
Migrant Heſperii: migrat quoqꝫ Gallia tota.
Prorſus & a Bactris/ſedula turba ruit.
Ad nauem veniūt gentes quas vltima Thyle
Finibus extremis quaſqꝫ Britannus habet.
Et veniunt Cymbri torui: flauiqꝫ Sycambri.
Et venit ex latio turba procera quidem.
Arctophylax gentes rigido ſub ſydere natus
Tranſmittit: prębet ſubſidium rati:
Sauromate veniunt: pugnax quoqꝫ turba Getarū.
Atqꝫ Thraces veniunt: Argolicíqꝫ viri:
Et veniunt omnes gentes/quas conſpicit orbis
Quaſqꝫ fouent nitidi ſydera clara poli.
Cū ſenibus iuuenes: fatua cū matre puella.
Intactus nullus hic gradus eſſe poteſt.
Ad claſſem celerem fatui properate ſodales.
Currite: nauiculę/nam mora cuncta nocet.
Tempus adeſt ſulcare fretū: & nūc pandere velū
Currite: iam pergit fluctibus acta ratis.
Maxima nunc regio ſupereſt penetranda: ſodales
O fatui: pedibus currite quęſo citis.
Narragonū ad patriam & ꝓmiſſas tendimus oras
Cogimur & ſtolidū ſponte ſubire ſolum.

Nos tamen in tumído iactant díſcrímína ponto
Plurima: ſollicitas & quatit vnda trabes:
Velíferí maris ſęuo clamore ciemus
Fortunam: níl nos ímpia vota iuuant.
Per varíos caſus. per ſeua perícula ponti
Currímus: & vitę nō modus vllus adeſt:
Et patímur lapſus/tempeſtateſq; ſonoras:
Et patímur medío naufraga fata marí.
Scylleam rabiem ſiculís ſpectamus in vndís:
Atq; charybdęo gurgite tranſtra volant.
Per ſyrtes lybicas remo ſulcamus ínertí:
Spectamus tumídí triſtía monſtra maris:
Delphinos: phocas/ſyrenes/atq; vídemus
Tritonas: ínuiſum prodígiiq; genus:
Torpemus cantu: quo noſtras ínficit aures
Syren: languētí noſq; ſopore premit:
Et Cyclopem grandē ſículo ſpectamus ín antro
Dulychíus prínceps quem tímuiſſe poteſt.
Quís locus eſt tutus: quo nunc conſídere ſultí
Poſſunt: & certos ędíficare lares?
Vſq; adeo tumídís proſtratí mergímur vndís
Et portus tutus carbaſa noſtra fugit:
Ha merító: quoníam nullo ſapientia cultu
Nos fouet: & ſtolida fígimus arma manu.
Heu dea ſtultítię nobis nunc pocula Circe
Prębuit: & cantu pectora laſſa ferit.
Eheu quíd míſerí prodeſt errare ſodales:
Quęríte ſed ſtabílí littora tuta pede:
Ne rapíant fragíles Neptunía monſtra carínas:
Sorbeat & noſtras ęquorís vnda rates.

De hac mate ria. Virgili⁹ in.i.&.iii.eñ.

Scylla Charibdis Syrtes.

Syrenes. Triton.

Cyclops Vlyſſes

Circe.

Neptunia

FOLIO

# Excusatio Jacobi locher. Philomusi.

## Derisio boni opis

Ambulans recto itinere & timens deū: despicit ab eo qui infami gradi tur via. Querit derisor sapientiā & nō inuenit: doctrina prudentiū facilis. Qui deridetur: inuocabit deū & exaudiet eū: derídetur enī iusti simplicitas.

puer.xiiii. &.xix. Iob.xii. ps̄.xxxvi.

Vertímus naues fatuas latínis
Versibus: plectro siquídem strepentí:
Cudímus normas modo perbenignas
Plaudíte musę.

Sebastiano Brant grates agit

Gratías docto dabitís magístro:
Atq; doctorí títulos merentí
Candídos: nostros legítis modos quí:
Plaudíte musę.
Ad salutares modo dísciplínas
Atq; sincerę documenta vitę
Vertímus stultos numeris iocosos
Plaudíte musę.
Non decus mundí: tituluſq; clarí
Nominís traxít/volucrisq; fama
Ad salutares philomusa cantus:
Plaudíte musę.
Non bonos: laudes: precíum ve molle
Nec fames aurí philomusa traxit
Ad sacrí fontes nemoris beatos
Plaudíte musę.
Nil superborum cupímus vírorum
Stemma: nec claros capítis corymbos
Nec sacrę laurí cupímus corollam
Plaudíte musę.
Quí leget nostri títulum líbellí:
Gratias nullas referat líbello:
Eleuet sed Brant rogo perdisertum
Plaudíte musę.
Prębuít nostris alímenta nymphis
Brant: & heroos tríbuit beatos:
Estq; scríptorum venerandus auctor
plaudíte musę.
Gratię dulces: lepídęq; voces:
Et lepos blandus: lyricusq; neruus

Ex ſinu illíus fluítant ſcatentq;:
Plaudíte muſę.
Sermo facundus:locuplexq; vena:
Structilis candor:calamus latínus:
Nil ſonat quod ſit latío índecorum:
Plaudíte muſę.
Sed modo díuos ſuperos precamur
Prębeant nobis veniam benignam:
Pınxímus q; ſic fatuos ínertes
Plaudíte muſę.
Me locus nauís:fateor:requírít:
Calceos nondum fatuos remouí:
Stultus& nondum poſuí cucullũ
Plaudíte muſę.
Sunt quíbus noſtrę placuere curę:
Sunt quibus noſtrę ſatyrę grauedo
Díſplicet:dextram veníam precamur
Plaudíte muſę.
Noſtra ſic farí dídícít íuuentus:
Peruígil ſudor neq; me díſertum
Fecít:haud magnos capío labores:
Plaudíte muſę.
Scríberem formas potíus pedeſtres:
Sponte ſed manant numerí canorí:
Barbarum quí me faciunt poetam
Plaudíte muſę.
Gratulor noſtrę ſíquídem íuuentę:
Gratulor docto pariter magíſtro:
Quí mihí ſuaues tríbuít camœnas
Plaudíte muſę.

Sęculo nostro siquidem diserto
Gratulor: doctę sileant Athenę:
Et chorus vatum sileat latinus:
Plaudite musę.
Iam fouet passim celebres poetas
Theutonum sydus/gelidusq; Rhenus.
Laudibus quorum monimenta fulgent
Plaudite musę.
Quid magis fingit latialis orbis
Ritibus cultis? colimus platona:
Atq; sublimẽ colimus Maronem:
Plaudite musę.
Ergo certatim teneris camœnis:
Nauis & pictę rudibus figuris:
Et iuuentuti faueas precamur
Lector amice.

Nauís ſocíalís mechanícorum.

# Socialis nauis me

chanicorum.

Stultorum trahitur collecta caterua virorum
Qui manibus quęrunt ſępe alimenta ſuis.
Artificis quiſquis ſignum prętendit: & affert
Quid ſciat: & foueat qua ratione domum:
Adſunt mœchanici: quorum vela ampla leuata:
Cum celeri remo per freta vaſta volant
Cur tamen hi fatui ſint ad mea laxa vocati
Carbaſa: iam cauſas cum ratione canam.
Cunctoꝝ veluti ſtatus mutatur/in omni
Tempore: nec ſtabili conditione manent: Prouer.xi.
Artificum pariter ſic fit mutatio ſemper.
Hos fatuos merito noſtra carina vehit.
Hoc vitium primū eſt: ꝙ ſeruus quiſqꝫ magiſter de elec.cum
Eſſe cupit: callet & tamen ipſe nihil: in magiſtrum
Artifices multi fatuiqꝫ ſine arte vagantur lxi.diſ.miſerꝫ
Stultitia merces diminuuntqꝫ ſua. xlix.diſ.facer dos.
Alter in alterius damnū ſudore laborat:
Se tamen inprimis decipit exſpolians:
Vendit opus magna forſan mercede paratum: Ezech.vii.
Incitat & vexat hunc quia liuor edax:
Attamen artificū deformis abuſio ſectę
Paupertate grauí corpora multa premit.
Hi res mox vendūt poſitas prę merce minuta:
Hi precio vendunt pro leuiore ſuas:
Alter in alterius damnum contemnere lucrum Leuit.xxv
Aſſolet: & vendit tunc male ſarta palam.
Qui modico vendunt precio: res non bene ſartas Eccleſi.xxvii.
Vendūt: artifices hęc mala culpa notat:

Omnes qui cupiunt emptores fallere blandis
Fraudibus: hi certe se quoq; decipiũt.
Mechanici culpas & stygmata nigra merent.
Turpantes operas/artificesq; manus:
Decrescũt omnes mercatus: nemo fidelis
Mercator: quiuis ditior esse cupit.
Rebus in humanis mutatio tanta lacessit
Multos: atq; inopes reddit vbiq; viros.
Non opus est multis facinus componere verbis
Artificũ: liuor pectora cũcta trahit.
Temporibus nostris q constans esse laborat
Hũc stultũ vulgus insipidũq; vocat.

# De Nicolao Renner

acuphaho Argeñ. Sebastianus Brant:
Finis adest operis/nec te Nicolae videre
In nostra potui/Renner amice rate.
Quí tamen innumeros fatuos facis: & tua multi
Ora vident/acubus quę tibi plena scatent.
Quas cõmedis rursũq; voras/vomis/ imbibis atq;:
Prestigio hoc stultos fallis vbiq; tuos.
Tu deus interdũ scandis super ęthera. rursum
Decidis: & bibula cũ grege pascha tenes.
Simea mater adest buccas dedit illa/genasq;
Et linguas multas: ingeniumq; citum.
Addubito iccirco si te Gallos: vel Iberos:
Inter Germanos/Italicosue locem.
Hic posui artifices inter/variiq; negoci
Te turbam: nunq; solus enim potes esse.
Narragonũ in patriã tecum proficiscar: in vna
Naue: dabit socios vrbs tua stultiuagos.

Comedit mul tas acus simul

Saluator Iu dorũ pascha lium.

Argeñ. plures inuenict socios

# De ſingularitate quorũdã

nouoꝝ fatuoꝝ Additio Sebaſtiani Brant.

Te noſtram accępi vertiſſe Iacobe carínam:
Atq; illam latium nunc ſapere eloquiũ: Pš.lxxix
Gaudeo: Lolhardos quos prętermiſimus olím
Beguínaſq; iuuat his nec abeſſe ſuas.

Caueudū ē a begninis. de frig. fraternitatis. p⁹ prin. glo. in cle. i. de reli. do.

Eſt operę precium non ignorare Beguttas
Bęgardoſq; ſuos: hippocritūq; genus.
Quos nimis arta prius cōplexa eſt cymba: liburnū
Nunc propriū: & laxis tranſtra parabo foris.
Currite lolhardi/beguinę/ſiue beguttę/
Currite bęgardi: ſpiritus ire iubet.

in cle. ad noſtrū de here.

Vos hominē ex toto preſenti in carne putatis
Perfectū: & ſummū tangere poſſe gradū
Vſq; adeo/vt nunq̄ deinceps mortale patrare
Crimen: & vt nequeat proficere vlterius.
Perfectos igitur tantos quoq;/claſſis abacta
Expectet comites: ſtultiuagoſq; viros.
Currite nauis eat: fatuoſq; ſequamur euntes:
Ne ſine beguinis tanta caterua ruat.
Cernitis vt ſtulti totū mare & æquora cōplent
Nec modus aut numerus nauibus atq; viris.
Sępe oculos hominūmorientū claudítis: ante
Q̄ mortis tēpus vel necis hora venit.
Claudite preſentis periturę lumina turbę:
Atq; operi noſtro ponite quęſo modū.
Sit ſatis hunc feciſſe prius vobis vel honorē
Q̄ non vulgari vos rate cōpoſui.
Ne populus ſi veſtra notet mala crimina: forſan
Non prauos modo/ſed pellat ab orbe bonos

cle. i. de re. do

Nec vos de populo vultis/neq; plębe videri:
Nec cleri in ſortē vos deus ipſe vocat:
Iccirco dignā vobis ſedē ipſe nequiui
Theutonica in noſtra ponere naue prius.

dic cle. ad noſtrum.

Cū tamen in patria Germana/& theutonico vrbe.
Pullulet & vigeat veſtra ea ſęcta nimis.

Collígere attẽpto turbam dũtaxat íníquam:
Eſte procul fratres/quos bona víta tenet.
Qui normam vítęq; modũ/ſanccítaq; patrum
Seruatís:non vos lędere pergo bonos.
Sed turbam ındoctam:quę cũ nil díſcere poſſít:
Nec voluit:longam quęrít babere togam.
Ne ſi vulgus erit:cogatur ferre laborem
Artíficum:& manibus quęrere forte cibum.
Inde eſt q; quęrunt tranquíllam habuíſſe quietẽ:
Atq; vacare graui poſſe labore tamen.
Non ís eſt anímus/non mens/ſint vt Madalenę
Verum vt bufonem lęna ſuum ınueníut:
Ocía ſęctantur/torporem &/deſidíamq;:
Hínc hoſtí antíquo nequítię arma parant
Proínde ſibí reputant credũt quoq; cuncta licere
Humano neq; ſub víuere & eſſe ıugo.
Libertas(aíunt)vbı ſpírítus eſſe probatur:
Spírírus at ſpírat:liberíora lícent.
Inde putant nullí capití ſe ſubdere poſſe:
Acephalí cupíunt vıuere & eſſe palam.
In grege conueníunt:víuunt ſíne rege locuſtę:
Puníat vt nemo corrigat atq; nephas.
Quín etíam ínterdum laíco ſua crímína fratres
Confítentur:agunt alterutrumq; víces.
Oſcula mortalí dícunt damnanda reatu:
Offítíum carnís ſed veníale ferunt.
Hínc paſſím fratres per cõpíta cuncta:ſorores
Quęrunt/ſolantur/concrepítantq; fores.
Signaq; dant dygítís pulſantíbus:atq; recepto
Reſponſo:admittít ıanua quęq; ſuum.

Proteſtatio nihil dicere voleñ p̃ bonos aut ap̃batos

ii.theſſa.iii.

vt dicere poſſint id Eccl 51 de cele.miſſa. cũ marthe.

c.niſi cũ pridẽ de reñ.

dic cle.ad noſtrum.

ii.corin.iii.

xciii.di.nulla

Prouer.xxx.

glo.xxv.diſ. vnũ.glo.de of ordi.paſtoral. glo.de fur.c.ii dic.cle. ad noſtrum.

glo.in cle.i. de reh.do. &c.diffinim⁹ xviii.q.ii.& c.pnitoſam.

Tum procul abiectís mãtellís/atq; cucullís
Lolhardi in turpí veſte/breuiq; patent.
Grandíbus exutís ſotularíbus atq; cothurnís:
Beguinę íncędunt:calceoloſq; mouent.
Tunc opera íncipíunt cõmunía: tunc labíorum
Actuũ.x. Hos operít labor: & facta ſororía agunt.
pſ.cxxxix Sí qua caſta ſoror velít/atq; pudíca víderí:
Et quę fraternos abnuít accubítus:
Carpítur: & normę víolatrix dícítur: extra
Sít numerum: & careat funditus alloquío:
Illí cõmunes neq; enim venię ve/preces ve
Subueníunt: vrnam hęc fregít/& vrceolum.
Quín etíam arguítur maiorí crímíne: pęnam
Quo ferat/& ſubeat fratrís ad arbítrium.
de.i.de vi. & ho.de. Hunc ego peruerſum lolhardum ſeu goliardum
Dícam: quí ventrí víuít & vmbílíco.
Proteſtatio. Prouer.xi. Nequítíam íllorum carpũt mea carmína: ſanctos
Atq; bonos fratres carpere nemo volet.
Quos vel apoſtolícę ſedis mandata probarunt:
Vel quos cõmendat víta laborq; bonus.
Aſt quídã bullas producũt ſępe/quíbus ſínt
Abſq; opere: humanís delítíiſq; vacent:
Et quíbus ímpune poſſint quęcũq; patrare
Non bona: & a nullo víndíce habere metum:
C.de epiſ.& cle. deo amabiles. Seq; pares faciunt monachís: Veſteq; ſacratís
Vírgínibus: quibus eſt regula grata deo:
Canonícos habitus/nomen/veſtemq; pudícam
Ezech.xiii Vſurpant: ſedenim ſub cute vulpís íneſt.
Síc habitus ſímulant multí ſanctoſq; bonoſq;:
Intus quí rapída tygre/lupoq; ſcatent.
Math.vii.

Nomine díuoꝝ ſubiere cubília multí
Caſta: ſed incęſto mox rediere gradu. Ouidius

Quís rogo ſumme pater/valet explícare: nefanda
Crímina: quę fiunt ſub ſpecie vſq; bona? Iuuenalis in ſatyra vltra Sauromatas.

Líberíus poterit nemoq; licentius: vſq̃
Fallere credentes q̃ genus hippocritũ. Eſaię.ix.

Introitu Curios ſimulãt: ſed Clodius exit:
Sub chriſti ſpetie/demon iníque lates. Math. xxiii.

Ve tibí ve maledícta cohors: quę nomen ínane
Relligionís habes: quod tua facta negant. i.thimo.iiii.

Nempe opera effingís ſathanę: qbus eſſe probarís Prouer.xx
Filiolus ſathanę: luciferiq; puer. Iohan.viii

Quíſquís enĩ eſt genitus ſũmo a genítore/deoq;: Iohã. ii.iii. &.v.
Hic mandata dei ſeruat/& efficíet:

Quí vero e terra genítus: terraq; ſepultus: Ad cc l'o.iii
Semper erít quęuís terrea ſola placent. Lucę.vi.

Quem ſemel arripuit fatuorum claua: cucullus: Iohan.iii.
Mítraq;: vix veterem deiícit ille togam: ii,Petri.iii.

Hínc p̃corę/xhortor/moneo/rogo/flagito cũctos Apoſtropha ad Philomuſum.
Pręuideant: línquunt qua ſtatione ratem.

Noſtrí etenim portum quęrunt lyntreſq; faſelí:
Cędo libens: meritum docte Iacobe feres.

Quí mea vertíſti vulgaría plauſtra/reuidí
Illa ego: perlegí: ſat placet atq; labor.

Nota magís fuerat nobís ínuentio noſtra: Quare Seba. Brant. cõcordantias huic operi appoſuerit.
Quo quęq; excerpſí dícta decora loco:

Iccírco aſcrípſi loca concordantía: lector
Noſcere quo valeat: ſíngula quęq; cito.

Quí tamen & veníam dabit ímpreſſoribus oro: Parcendum impreſſorib⁹.
Hís quía feſtínum nil ſatís eſſe poteſt.

Nempe manu propria ſemel atq; iterũ illa reuidi:
Signaui/inuerſa multa ſubinde manu:
Sed tamen illorum pręceps labor: atra reliquit
Plurima/quę nollem: quę mihi diſpliceant.
Quę ſi forte videt lector bonus atq; peritus:
Dat veniam: erratum nec putet eſſe tuum.
Criticus at ſi quis/cui ſueta calumnia cordi:
Perleget: in ſannas incidit ille: ſcio.
Sufficiet ſed enim doctis feciſſe laborem
Eccleſi.viii Complacitum: ſtultis nil ſatis eſſe poteſt.
Nec mihi principio mens ſubfuit/atq; voluntas
Scribere: vel ſtultis cõplacuiſſe viris.
Eccleſi.37. Nec tibi propoſitum fuit: vt ſatis eſſe putares
Prudenti: & fatuo tam bona ſcripta viro.
Iccirco ſtultis linguam linquamus inanem:
Prouer.xviii In cuius manibus vitaq; morſq; ſedet.
Eccs̃.x. Singula qui carpunt/cupiunt doctiq; videri:
Nec quicq̃ norunt/ſed ſua ſola placent:
ps̃.lxxix. Ille ferus/multos agros depaſtus: at olim
Decidet: & nidũ perdet aueſq; ſimul.
Eccleſi.xx. Hos operis noſtri fatui mihi ſiſtere finem
Sapien.ix. Omnia qui carpunt: cum nihil efficiant.
Iohan.xv
Ad gala.i.
xlvii.di.q.ad Nil ſatis egregium/dignum/pręſtanſq; bonumq;
Quod cunctis poſſit (crede) placere viris.
Concluſio. Viciſti precibus (fateor) ſuauiſſime frater
operis Me: tua quo videam/carmina peruideam:
Quod potui effeci: gaudet tuus ille magiſter
Diſcipuli ingenium tam valuiſſe ſui.
Perge bonis cęptis: rogat id tuus atq; Ioannes
Olpigena: fauſto fine/diuq; Vale.

CXLIII

# Epistola Jacobi locher.

Philomusi ad humanissimum fautorem suum. D. Iohannem Bergmanū de olpe. Archidiaconū Grandisuallis: huius operis promotorem.

Et si non dubito amice iucundissime: plures nasutos Criticos: nebulonesq; pphanatos/ nris lucubratiunculis iamiam de extincta fauilla suscitatos esse: tamen iuuentus nostra/ qua suauioribus ac politioris doctrinę musulis semper adhesimus : facile importunos occursus latrantium superabit: Si no/ bis pręceptoris nostri facundissima manus affuerit nullas barbarici gregis cōtumelias formidabimus. Quis enim mediocriter doctus: adolescentis/ & nati & contendentis ad virtutē: litterariam istanc audatiam improbabit? Etas iuuenilis Tibullū suum illaudatum nō reliquit: cuius ipse quidem iucundissima elegiacę scriptionis monimenta posteritati sacrauit. quid enim maius? quid pręstatius? quid ve laudabili? /iuuenis sub rigido sydere natus? glandibus enutritus: in pagis Suęuie ablactatus/ attērare potuit: q̄ sacras castalis vndas lambere : cortinam phœbados tripodasq;/ ore parū diserto contingere? Sed me phœb? amat: sunt huic mea carmīa curę. Barbaricasq; meo pellit de pectore voces . Dat citharā: lyricosq; sacro cū pectine neruos: Et pharetras: q̄ me tutum nunc vndiq; reddunt. Sed quia nemo vnq̄ ad vmbilicum tam perfecte suas deduxit paginas: aut adeo demorsos sapuit vngues : q̄ Brant.

nō ſuorum operum titulis hiantes fauces: linguāq; Timonianam prouocaret. Aſinii pollionis notam/ M. Ciceronis laudabilis ac incredibilis eloquentia effugere nō potuit: Marōis argutiſſima muſa: ſtygmatias ac ſibila ſenſit. Sed qui ī cineres mortuorū impios latratus vomunt: cū laruis luctari cenſent. Carere debet etiam vitiis omnibus: qui in aliū paratus eſt dicere: inquit Cicero. Parcāt itaq; p deos īmortales oro/ tenellę audatię litterarii greges: & mediocritatem ingenioli mei çqua lance penſitent rhinocerotiſq; nares: latratus efflantes/ ferreo peſſulo obſtringant: Et ſi barbaricę telluris ſterilitas me ad litterarum ſtudia vix concitarit: tamen quia mortales omnes/ natura quadam ad ſciēdi cognitionē accendimur. propterea exploſis ab ingenio teterrimis ignorantię tenebris: animum Heliconis rore perunctū/ ad ſcribendum appuli. Vtinam dii immortales primitiis noſtris auras ſalubres: ventoſq; tranquillū ſpirantes: benigne tribuerent. Vt ſemina mentis noſtrę/ ſplendidiſſimo virtutum globo fulcita: doctrina (quā profitemur) coaleſcerent: & ęditis litterarum monimentis ſpetioſiſſime efflo reſcerent. Tu tamen inprimis: Iohannes Bergmane: dignus mihi videris: qui humanitate (quę potiſſimum mortales oblectat) & ſingulari munificentia: qua in omnes tibi pares vteris: litterarum ſtudia adeo extollis: vt ab inferis litteras ſqualore lurido obſitas: in Germaniā reuocare videaris. qd enim magis in te mirari ſolemus? q̄ alacritatem iſtā tuam: qua ſtudioſos homines ad ſcribendū prouo

cas. Tuis enim fęcundissimis sumptib⁹ egregios libros emūcto charactere/ac graphice exaratos ī lucem profers. Quod enim laudis & glorię ceteri scribendo consequunt̄: hoc tu bonas promouendo litteras assequeris. Igitur has litterulas nostras/in testimonium indelebilis amicitię: ī fine libri inprimi iussimus: vt optimus q̄sq; tuā in me humanitatem mansuetudinem/familiaritatē/ liquido cognosceret: Vale ex Castello Franco Germanię: Anno Millesimo quadringētesimo nonagesimo septīo.

Ad eundem Iohannem. B. de Olpe.

Me rogo cōmendes nostro iucunde Iohannes
Thędigene: hunc saluum me rogitante iube.
Si quid forte agitem quęrat meus ille magister?
Dicito me saluum viuere/& esse suum.
Proinde sibi incolumem vitam/famāq; precabor
Perpetuam. valeat Brant meus ille diu.

# Ad numeros ſuos vt.

Iohannem Bergmanum feſtíne adeant.

Ite rudes numerí: míllenas ferte ſalutes
Bergmano: ad nítidos & properate lares:
Vos etenim fído trepídantes corde tuetur:
Accípietq; pío munera noſtra ſínu.
Exarmatus enim pharetrís comítatur Apollo
Vos modo: cum fídíbus aurícomaq; lyra:
Ludít & arguta modulos teſtudíne dulces:
Blandídulos ſaltat concínít atq; choros:
Hoc duce fœlices numerí procędíte: vulgus
Indoctum vobís nec nocumenta dabít.
Impía níl rabíes fatuorum: nulla nocebunt
Murmura: fortunam dexter Apollo feret.
Seu vos fumíficas ætnę penetrare cauernas
Contíngit: ſyluas leſtrygonum q; truces:
Seu vos per lybícas ſors ínuída voluat harenas:
Síue per anguſti ſaxa ſonora freti.
Síue molorchęum nemus: aut per caſpía regna
Contíngit: ſcythicas aut penetrare níues
Síue charybdęos ſcopulos contíngit adire
Immanes Thurcos: ſíue vídere Getas:
Carmína vos ſacro víbratus lumíne phœbus:
Iam pharetra cínctus concomitatur íter.
Mírantes oculos radíís íllumínet: atq;
In vobís tenebras non ſínet eſſe truces
Hoc duce: magnatum cęlſas conſcendítís arces.
Príncipís & vobís ianua magna patet.

Abiiciet clypeum miles dum carmina voluit: Quanta vis carmis
Atq; minas ponent marria tela truces.
Gorgonis aſpectus numeris mulcetur amœnis
Aegidis atq; angues ſuauia dicta ſtupent.
Indocti doctiq; ſimul dictata reuoluent:
Atq; genis lepidis oſcula blanda dabunt.
Ire procul: nec vos pudeat ſic eſſe tenellos:
Scribuntur teneri ſimplicitate ioci.
Qui canit Aeaciden fortem: q ve Hectora ſęuū:
Qui ve canit lybicos argolicoſq; duces:
Scipiadas gemínos vel qui: duo fulmina bellí:
Et Curios ſanctos: Fabritio ſq; canit:
In cute feſtiua numeros deducat: & apte
Nectat ad heroos verba ſoluta pedes:
In vobis fulgent tyriis non illita ſuccis
Munera: ſed ſplendet ſimplicitatis honos:
Ite rudes numeri millenas ferte ſalutes
Bergmano: ad nitidos & properate lares.
Dicite: vos primū Titioni oſtendat amico:
Voſq; idem videat peruideatq; velim.
Illius in laribus/doctoq; ſub hoſpite: noctem
Linquite: & in lucē pergite liberius.
Vos hilari excipiet fronte ille. dabitq; benignam
Et ſolitā muſis perplacidamq; domum.
Ille patrocinio iuris defendere multos
Vt ſolet: accipiet vos ita pręſidio.
Veſtram aget ille libens cauſam: & tutabit omnē:
Quin propriam dicet remq; agere inde ſuam. Finis ſtulti fere nauis

NIHIL SINE CAVSA.

Olpe.

# De fatuis sagittariis

Si non vultis indignari
Et poetam criminari
Boni sagittarii
Io. Io.
Ludos fingam pharetrales
Atq; pugnas sociales
Festiuo dictamine
Io. Io.
Signum ego collocabo
Atq; metam designabo
Prope littus equoris.
Io. Io.
Ad istam communitatem
Letam & sodalitatem
Empta sunt nunc munera
Io. Io.
Quisquis telo ferit signum
Is habebit numus dignum
Laudes quoq; meritas
Io. Io.
Certus ordo sagittarum
Ictus atq; pharetratum
Signabuntur numero
Io. Io.
Primum gradum is habebit
Primam sortem & tenebit
Quem preponit numerus.
Io. Io.

Ille ſuem grũnientem
Ideſt ſtultum mugientem
Sciſſis portet manicis
Io. Io.
Qui non bene preparatus
Telis: neq; pharetratus
Stultus iactat aleam.
Io. Io.
Illud tamen eſt cachynno
Subſannãdum & lapillo
Atro numerabile.
Io. Io.
Semper excuſationes
Qꝫ habent & rationes
Stulti ſagittarii.
Io. Io.
Hinc chorda non eſt recta
Huic tela non directa.
Arcus aut eſt debilis
Io. Io.
Caute perdit hic locatum
Signum: atq; figuratum
Oculis inditium.
Io. Io.
Mille fingit rationes
Et ſic excuſationes
Stultus ſagittarius.
Io. Io.

Sed quid velim his notare

Rythmis. & ſignificare
Auchſrem accipies.
Io. Io.
Stultos taxo nunc prophanos
Quorũ labor eſt inanis
Et ſpretus ab omnibus
Io. Io.
Plures volunt ſagittare
Atq; telum iaculari
Nulla prouidentia
Io. Io.
Dignos plauſus hic meretur
Laudes veras conſequetur
Nomen & laudabile
Io. Io.
Ad amuſſim qui ſuſpendit
Signum: atq; cõprehendit
Quod vult iacularier
Io. Io.
Pauci tamen veritatis
Signum & dexteritatis
Telis ſuis feriunt.
Io. Io.
Signum ad quod ſapientes
Iaculantur & prudentes
Eſt in alto poſitum
Io. Io.
Hic ſit bene p̃paratus
Sit & bene pharetratus
Qui vult iſtud tangere

Sit futuri meditator
Sit presentis moderator
Sit actor preteriti.
Io. Io.
Ratione sit vibratus
Illibata: sit formatus
Oculis & lynceis.
Io. Io.
Qui Sophie perforare
Signum vult & iaculari
Prope sapientiam.
Io. Io.
Raro bene sagittare
Scimus: telum & vibrare
Lyppi nam sunt oculi
Io. Io.
Pauci habent herculeas
Nunc sagittas & pharetras
Cuncta quibus tetigit.
Io. Io.
Stultus ergo iaculator
Et ignarus sagittator
Porcum fouet sordidum
Io. Io.

Egloga thomę beccadelli Cimbri adoleſcẽ
tuli primarii & impuberis domino Thomę
Wolfo ſancti thomę argentinenſis ecclię
canonico digniſſimo/ac amiciſſimo ſuo di
cata. Philorhenus & melophilax

Phi. Marcia roma fuit bello crepitantibus armis
Predita: quę populos frenabat ſola ſupbos
Roma potens olim: europamq; aſiamq; ſubegit
Barbaricaſq; alias gentes atq; extera regna
Omnia mutanť vertuntur & omnia paſſim
Hunc galli decies quos vicit roma iugumq;
Impoſuit collo. domuitq; leuiſſima corda
Aſcendere alpes comitantibus vndiq; turmis
Gallorum fremitu ceſſit pulcherrima Roma
Talia quandoquidẽ voluunt ſua penſa ſorores
En ab eo hos nunq̃ viſurus agellos

Me. Quo properas noſtrę decus o philorhene camenę
Fiſtula cui reſonat noſtris notiſſima terris
Dic quo feſtinas. quę tanta negocia nunc te
Verſant: ne mollem poſſis ſpirare quietem

Phi. Melophilax nobis multos numeramus amicos
Sed ſatis eſſe putem ſi de tot milibus vnum
Inuenias: ſecreta tui cui credere poſſis
Conſilii: & quicquid ſub pectore conditur imo
Te fidum ex tanto numero nouiſſe ſodalem
Melophilax lętor multis rationibus vnum
Hęc ſunt nota ſatis ſed quod nunc inſtat agamus

Me. Quodq; peto peragas: niſi ſim tibi forte moleſtus

Phi. An quicq̃ vero poſſim reticere ſodali
Quicquid nunc agitem: paucis (aduerte) docebo

Fama malis gaudens (vt scis) per rura vagatur
Gallorumq; refert iterum properare superba
Agmina: qui italicas veniant popularier oras
Trans alpes remeare meo snia cordi est
Italicis poteris lętus ne recedere terris — Me
Florida rura vides & pinguia messibus arua
Nunc citiso saturę distendunt vbera vaccę
An poteris patrios dimittere amice penates
Cum fuerim solitus nostram tibi pandere mentem — Phi.
Qui mihi sint patrii nescis o stulte penates
Italicis non est (credas mihi) patria terris
Pulchra mihi patria est gelida celebrata sub arcto
Romanis infensa viris quibus aspera bella
Intulit: hanc vicit marius sed fraude doloq;
Scire libet sub quo tegitur tua patria celo — Me.
Illa ducis sequitur gaudens vexilla Philippi — Phi.
Hunc amat hũcq; fouet solito hũc venerat amore
Huius diuitię toto celebrantur in orbe
Hanc vrbem extollunt fęlici nomine Cimbri
Flandrenses quos nunc mutato nomine dicũt
Illic formosas poteris reperire puellas
Illa quidem merito fœlix prouincia dici
A quocunq; potest: & fortunata vocari
Que regitur dulci diuine stirpis alumno
Vt decet hanc iuuenis belloq; & pace tuetur
Fortunate puer tu nunc eris alter ab illo
Quo iactare potes genitum te sepe parente
Fortunate puer manet ingens gloria nomen
Nempe tuum quem non tribuet tibi funus honorẽ
Sed sũmę virtutis apex quo scandis in astra.

O vtinā p̄stent tibi numina magna fauorem
O decus egregium diuini facta parentis
Iam sequeris gaudesq; seq; dominantibus armis
Fortunitate parens eq̄dem cui gaudia natus
Tanta parat merito fęlix meritoq; beatus
Ante obitū̄ poterit sup̄maq; funera diei
Preterea venerať amat sceptroq; potenti
Maximiliane tuo regitur G̃ermania belli
Princeps nobilium germen quoq; sola viroꝝ
Melophilax. Ergo beatus eris iuueni q̄ stirpe deoꝝ
Progenito parebis & hunc venerabere diuū̃
Nō eq̄dem inuideo/letor magis inclita cum sit:
Nempe tibi patria & felice principe tuta
Aduertas mulcebo tuas puto forsitan aures:
Si philorhene tibi referam quod fertur vbiq;
Maximilianus adest /placet acclamatus ab omni
Italia referens aq̄las dominantibus armis
Nunc aquila veniente timent nec credere galli
Italię se posse putant iterūq; venire
Hęc si vera forent: si Maxmilianus adesset
Tunc timor omnis abest & erūt mihi numina p̄sto
Ast incerta volat fallax quoq; fata p̨ orbem
Sępius: atq; replet falsis clamoribus aures
Verba satis dedimus: si vera est fama manebo
Hunc ego pastorem mihi quē dedit altus appollo
Cōueniā cōmitē musarum & semper amicum
Fertilis huic patria est rerū̃ argentina redundans
Hunc mihi non rapiet terra/ inclementia mortis
Iamq; vale: & tibi sint fęlicia numina semper.

# De corrupto ordine viuẽdi

pereũtibus. Inuentio noua. Sebastiani Brant.

# Qđ inordinatō cā fuerit destructionis omniñ rerum

Stultoꝝ ingentes culpauimus hactenus ausus
Et studia/ & mores/ interitusq; graues:
Qui cymbas/ lintres/ parcas/ stlatasq;/ liburna
Mersere/ & gaulos/ prosumiasq;/ mari.
Corbita non illos/ horia/ aut myaparo/ phaselus
Tutari/ aut celox: nec potuere rates.

Causa vlis periculi.

Qꝛ si sędulius causas fortasse pericli
Scrutemur: laqueos interitusq; sui:
Perspicimus cunctos sine lege atq; ordine/ remos
Traxisse: & velis non posuisse modum
Atq; ideo ī Scyllā/ Syrtes/ breuia/ atq; charybdim
Vortice detrusos: naufragiūq; pati.
E quibus/ in summa/ repetendo ab originę stultos
Inuenio cunctos hoc periisse modo:

Oseç.vi.&.8.

Qꝛ prętergressi legemq; modumq;/ viamq;
Quam deus & rerum dictitat ordo decens.

Hiere.xxxi
Iob.xxxviii

Oīa quę in cęlo/ aut terris/ vel in ęquore viuunt:
Ordine seruant̄: stantq; vigentq; suo
Quem si destituant: si viuere in ordine cessent:
Continuo intereūt/ in nihilumq; ruunt.

Iudicum.v
ordinatōetua
pseuerāt dies
ps̄.118.
Eccs̄.iii.
i.ad corin. 14
&.xv.

Ordine infirmo starent elementa/ perirent:
Ordinē habent certū/ tempus/ & hora/ suū
Ordo est nascendi: & vitę certissimus ordo:
Estq; suū mortis tempus/ & ordo placens:
Ordinis hęc virtus: vt certa lege modoq;
Cuncta gubernentur: subpeditata deo.

Atq; vt quiſq; minor/maiorem obſeruet: & illi
Pareat: atq; libens iuſſa petita ferat.

Ad Roma.x. de cel.ois aia

# Ordo angelice Jerarchie

Hunc primū inſtituit rerū pater atq; creator
Ordine dū poſuit queq; creata bono.
Principio per eū dū condere cuncta parabat
Spiritibus ſupis ordo modoſq; datur.

Ad hebre.ii de pe.diſ.ii.c. principiū

Ipſi etiam inter ſe certa ſtatione/choriſq;
Cęlicolę ſtarent: maioris: ille minor.
Mox ſed in angelica ſenſit deus ipſe ruinā
Natura: ęqualis dum cupit eſſe deo.

Iob.iiii &.xv de pe.diſt.ii hinc etiam de ſū.tri.c.i.

Sic bonus ille prius dęmon: mox ordine rupto
Dum caput abiecit: truſus ad ima ruit.

Math.xxv. ii.Petri.ii.

# Ordo humani generis.

At reparare volens lapſum deus optimus illū
Condidit humanū/cōſtituitq; genus:

Eccle.xvii. Gen.ii.

Inq; voluptatis paradyſum deputat illud:
Ordine dum certo viueret/atq; modo:
Vt caput agnoſcens ſummū: pręcepta ſequendo
Illius: ipſe feris rex foret atq; caput
Omnia ſubiiciens hois quoq; ſub pede: ſaltem
Se quoq; ſubiectū noſceret eſſe deo.

de pe.diſ.ii. primus homo ii.mach.ix. i.corinth.xv. pſ.viii. Ad hebre.ii

Indoluit ſed enim deſertor tranſſuga demon:
Inq; ſuū inuidit poſſe hoiem ire locū:
Protinus vt caderet ꝑthoplaſtus ab ordine iuſſo
Suadet: vt excuteret frena iugūq; docet.
Sic heu prime parens: vix ſex tua regna ꝑ horas
Integra ſeruabas: pulſus ab inde cito.

gene.iii. de pe.diſt.ii princeps ii.corin.xi de pe.di.ii.& xl.di. quelibz &.c.adam

l.d.ſ.in capite
Quoq; die primũ factus: rebuſq; creatis
Prefectus: regis nomen habere ſinis.
Geñ.iii.
i.corin. xiiii.
Vtq; tuo panem queras ſudore: labori
Subderis aſſiduo: perpetuoq; iugo.
Cauſa fuit: recto quia cedis ab ordine: nec vis
Subditus eſſe deo: ſpernis habere caput.
de pe.diſ.ii.
rurſus
Luce.x.
Ezech.xviii
Sic factũ: vt Sathanan celum retinere nequiuit:
Nec paradyſus Adan: mox ſed vterq; ruit.

# Ordo regni uniuerſalis.

Inno.i.c.licet
ex ſuſcepto de
fo.9.do.alexã
in.c.i.x.diſ.
&.xcvi.diſt.
cũ ad verx
Cunq; deus vidit celũ/terraſq;/relicto
Ordine pollutas: deſeruiſſe modum:
Ierarcham celi: terre & cecidiſſe monarcham:
Seruaſſe & neutrũ/tradita in arce/locum:
Regna ſibi ſoli deliberat orbis habenda:
Regalicq; ſua velle tenere manu:
Nec deinde Adamo: nec cuiq; poſtea/mũdi
Regia cõmiſit ſceptra/vel imperium.
Ceu belli dux: ſigna videns ſub milite forti
Perdita: mox reparat: ſeruat & illa manu

# Vſurpatio regnorum

Geñ.iiii.
Enoch ciuitaſ
cõdita& eius
regnũ vſurpa
tũ de hoc Au
guſtin9 li.xv.
de ciui.dei
Geñ.vi.
Ioſeph9 li.i.
c.v.
Geñ.vii.
At noua regna Cayn/cũ poſteritate maligna
Vſurpare ſibi cogitat/atq; ſuis.
De quibus ipſe deus teſtatus: penitet inquit
Me feciſſe hoiem: perdere eũq; placet.
Dum violant capitis legem: & ſeruare recuſant
Ordinem eũ/ſtatuit quẽ deus/atq; modũ:
Continuo cunctos hoies/Neptunnus in vndis
Merſit: & abſorbens corpora cuncta rapit.

Gentibus innumeris de milibus: vnus in archa
Octo animas Noe seruat ab interitu. i.Petri.iii.
Hunc deus vt vidit seruantem ex ordine iussa:
Tutatur: natos incolumesq; facit. Ad hebre.xi. Gen.viii.
Sed mox infelix Chamus/pudibūda reuelat
Dum patris: infregit iura paterna nimis Gen.ix.
Ordinem & egressus/meruit maledicier: isq;
A patre in exilium migrat ab inde ꝓcul.
Quo ducę cęlipetę turrim struxere gigantes:
Seq; putant fluuiis subtrahere atq; deo gen.x. &.xi
Quos dein linguarū confusio facta: ꝓbabat:
Ordine corrupto non placuisse deo Ioseph⁹.li.i. c.v.

# Assyriorū monarchia

Hinc & in Assyriis/Belo duce/prima tiranni Iustinus li.i. Aug⁹.li.xviii c.ii.
Atq; monarchię sunt data principia:
Vsurpata tamen: neq; enim sumpsit sua Belus Vsurpare dicit q apponit manū rei non subiectę sue ptāti glo.pe.ii q.i.multi.
Sceptra sibi/aut Ninus: cōstituente deo.
Quo moriente: fuit terre corruptus iniquę
Ordo: modū & legem liquit homo/atq; deū.
Idola sculpebat: varia quoq; imagine mūdus
Errabat: placuit nec modus ille deo.
Sic quoq; mille/tricentenos: ter quīq; per annos Aug⁹ li.iiii. c.vi. ꝛ ibi nō a belo sꝛ nino inchoet.
Hoc regnū/excreuit: sceptraq; lata tulit.
Subq; iugū illius misit deus omnia regna
Quę sine lege/datū deseruere modum
Sed luxū sequit̄: dumq; ordine Sardanapalus Tull.v.tuscul Aug⁹.li.ii. c. xx.
Neglecto viuit: desiit imperium.
Id quoq;/ceu fuerat primū: sic solis ab ortu
Proximius: finem regna leonis habent.

Danie.vii

Huíus enī euulſę ſunt alę. qñ relíquít
Et domíni abiecít iuſſa/iugumqꝫ deí:
Iuſti.li.i. Oroſius li.i. Danie.v. Trāſtulit arbaces occíſo Sardanapalo
Impium in Mędos/atqꝫ orientís opes:

# Medorum monarchia.

Sic vrſi íncępit regnū/ſceptrum/atqꝫ poteſtas
Quę bis centū annis: ſex decieſqꝫ ſtetit.
Curcius li.ii. Regnū vero vniuerſale Deutro.xvi Ioſephꝰ li.iii. c.iiii. Terrarū ínterea/verum regnū/& dítio oīs
In manibus ſteterat ſolíus vſqꝫ dei
Indicū.ii. pſ.98. xvii. di.c. potro. Quí patrıbus/moyſíqꝫ ſuo: ſanctíſqꝫ ꝓphetís:
Iudicíbuſqꝫ/ſuas íuſſit habere vices.
Non reges: ſed tutores: íuríſqꝫ míníſtros:
Atqꝫ ſacerdotes hos íubet eſſe ſuos.

# Judeorum regnum.

i.Reg.viii. Ioſephꝰ.li.vi. c.iiii. Qui licet iſraheli regē populo vnxerít: & Saul
Legerít: at modící rex fuít ílle ſolí.
Vníuerſalem neqꝫ eni hunc íubet eſſe monarcham:
Sola palęſtínę hís prędía parua dedít.
i.Paralip.ix Ioſephꝰ.li.8 c.iiii. O quotíens reges illos quoqꝫ mutat: acerbís
Dum leges ſpernūt/afficít atqꝫ plagıs.
Ioſephꝰ. li.xi c.v. Prętereo biſquinqꝫ tribus: quę caſpía nūc gens
Clauſtra colens: fregít nuꝑ & ílla fores.
Ordo hís víuendí bene dū peruertit: atqꝫ
Dum mandata ſuí deſeruere deí:
3.Reg.12. Eſaię.xiii. Ioſephꝰ. li. x. c.xi. Regalí primū ſe ſubduxere coronę:
Durius & grauíus mox ſubíere íugū.
Quī tracti in mędos/vbí ſeruítute modeſta: &
Perpetua: pecorís more modoqꝫ ıacent.

Víxq; quadringentis/octogínta símul annis:
Hoc regnũ Iudę/quattuor atq;/ſtetit.

# Regnum perſarum

Sicq; ſub hoc vrſo regnũ Babilonis adauctũ:
Perſarũq; ſua lege modoq; fuit.
Ordo triplex oris ſic creuit: & ordine terno
Hoc ſteterant dentes carniphagę vſq; ferę.
Sed Dariũ inſignis vis/atq; potentia poſtq̃
Extulit: & fecit non ſua regna ſequi:
Víctus/& occíſus: vítamq;/& perſica regna:
Ordinis euerſor finit: & imperii.
Ante hunc & Xerxes/dũ militat ordine nullo:
Fuſus ab exígua/díſperiitq; manu.
Quiq; adiit graios fremebundí more leonís:
Inſtar mox leporís fugerat attonítí:
Et bis mille rates ſubmerſit in ęquore: gentes
Ordine dũ caruit ꝑdidit innumeras.

Ioſeph⁹ li.x. c.x. de nonin gẽtis. xiiii. di annis.

Babilonioꝝ Hiere. xxvii

Danie. vii.

Darius. Ioſeph⁹ li. xi. c. viii. Iuſti. li. xi.

Xerxes Herodo li. vii. Iuuenalis in ſatyra oĩbus in terris Iuſtinus li. ii

# Alexandri monarchia.

Mox ſed Alexander victor/ſic perſica ſceptra
Ttranſtulit in grecos: Macedonũq; lares.
Et pardi erexit/duo bis díademata/in vno
Corpore: eiq; alas/bis dedit eſſe duas:
Red nimis excędens legem. dũq; ordine viuit
Contempto: mortis pocula díra bibit.
Fertq; monarchiam dũtaxat quĩq; ꝑ annos:
In duo dena ſed hęc poſtea regna cadunt.
Sic tría regna q̃dem hęc/fraterna morte ſacrata
Principiũ & finem tũc habuere ſuum.

i. macha. i. Danie. vii. Ioſeph⁹. li. xi. c. viii.

Iuſti. li xii. Ioſeph. li. xii. c. i. Aug⁹. li. xv. c. v.

Cayn Gen.ii.

Nēpe Cayn primū fraterno sanguine/regnū
Incępit: quod post migrat ad Assyrios.

Sardanapal⁹ Iust⁹.li.i.

Vltimus Assyrius per funera/Sardanapalus:
Imperio Mędo principia atra dedit.

Cyrus Herodot⁹ li.i.

Primus apud persas Cyrus: ꝑpriaq; parentans
Cęde: dat horrendi principia Imperii.

Darius Iusti.li.x.ifi. Curcius li.iii

Maximus & Darius/persarū grandia regna
Transtulit in gręcos morte sua indecori:
Cognatis eteni a ꝑpriis/notisq;/& amicis
Cęsus: Alexandro tradidit imperium.

Alexander magnus curcius li. vl.

Gręcus Alexander ꝑpria num morte veneni
Cognata occubuit: interiitq; manu?

Romulus de quo lucanus. Iulius Cęsar Suetonius

Fraterno primi maduere sanguine muri:
Sic vrbs Roma suū/cęde habet/auspiciū.
Deinde Monarchia qui Cęsar vendicat: an non
Cęde sua: tanti culminis auctor erat?

Vltimus rex romanus

Infatis (superi auertant quod longius) atq; est:
(Principio vt finis par sit vbiq; suo)
Q; romanoꝝ rex vltimus/ipe suorū
Funereas tandem ꝑluet insidias.

# Romanum imperium

At medio/varia fortuna/tempore Roma
Extulerat sese/principiūq; capit:
Regibus in primis: dein: consule: Cęsare demū
Ordine & in sūmo creuit ad vsq; deos.

Ouī.i.fas.

Fundamenta locans regno/sceptrisq; futuris:
Atq; monarchię principia ampla sue.

l.ii.ff.de orig. iur.

Mox Romę regū diadema: decemq; viratus
Imperium extinctum est: spretus vt ordo fuit

Prębuerat primũ speciẽq; tirãnidis: vt se
In vetitũ Cęsar iecerat imperiũ.
Sic etenim ablata pardi ditione/& achiua:
Gręcorũ Romam sceptrũ/& habena venit.
Hęq; monarchię cuncte licet ordine certo:
Plurima sub sceptris regna habuere suis:
Non tamen in toto dominatę ꝑtinus orbe:
Nec sua tam late fluxit vbiq; manus.

de hoc Paul⁹ Orosius & Suetonius

# Regnum christi.

Donec verbigena rursus sub principe christo:
Iure suo/rediit machina tota deo.
Qui cunctis regnis cessantibus/atq; monarchis:
Ad solũ christũ regia sceptra tulit.
Totius estq; ad eũ mundi reuoluta potestas:
In cęlo & terris sunt data cuncta sibi:
Sic quoq; cessarunt regna vsurpata tirannis:
Cunctorũ regũ nam titulum ipse tulit.
Et merito: domini terra est: per eũq; gubernant
Reges: atq; ad eũ ꝑtinet oẽ solũ.
Hinc sequitur: ꝙ pręscripsit sibi nullus vbiq;
Cum vitio/atq; mala/iura aliena/fide.
Siue igitur prima penses ab origine regna:
Illa sibi dederant principiũ absq; deo:
Sic titulũ/iustãq; fidem tenuisse nequibunt:
Temporis excusat nec bene cursus eos.
Siue a carnigero repetemus principe: christo
Soli debent̃ regia sceptra soli.
Rege sub hoc potuit/regis nomen/titulum ve
Nemo alius iusto: sumere principio.

xxxv.dist.ab exordio
Esaię.4.&.5.
Dani. 2 ad fi.
Math.x.
Ad hebre. ii.
Zach.ix.
ps̃.lxxi.
Math.xxii
Luce.i.&.24
Psalmo.xxiii
Prouer.viii
c.vigilanti &
c.fi.de p̃scrip.
Danie.iii.
c.q̃uis.21. dis
ꝓb.p.l.cũ heres. ff. de diner. prescrip.
Ad ephe.v.
i.pe.iii. in fi.
21.dis.i nouo.
24.q.i.loquit̃
l.cũ querebat̃
C.vñ vi

Nec nos cõmoueat Cęſar cũ poteſtate
Qui regna & terras detinuere diu:
Vſurpata eteni fuerãt: poſſeſſa nephande
Abſq; bono titulo: legitimoq; modo.
Siue ideo Auguſtũ repetes: omnẽ vel Iuli
Progeniẽ: aut flauios / Anthoniosve pios.
Hi Conſtantini magni vſq; ad tempora: chriſti
Regna: vſu illicito pręripuere ſibi.
Chriſtus nempe fuit ſolus rex verus: eiq;
Debetur mundi fabrica iure ſuo.
Ipſe futuroꝝ faciens pontẽ: ipſe ſacerdos
Ordine Melchiſedech. pręgenituſq; deo.
Quo fit / vt ad chriſtũ / cęli terręq; poteſtas:
Pertineãt ſoli / regnaq; cuncta ſibi.
Qui petro / atq; aliis ſibi ſucceſſoribus: illas
Cõmiſit totas / tempus in omne / vices.
Quodcũq; in terris ait optime petre ligabis:
Hoc etiã in cęlis vincula firma geret.
Solueris & ſi quę nexu: nodũ ve relaxes:
Hęc eadẽ in cęlo (cręde) ſoluta manent.

I.vitia.C.de ac.poſſ.

Inno.in.c.bone.ii. de poſt. pla.archi in c volumꝰ.xvi. q.iiii. Eſaię.xii. i.corin.x.

Genñ.ix &.14

24. q.i. quod cuuq; xix.diſt.c.ita dñs.c.vbi pi culũ de elec. li.vi. Ioh.xx. Math.xvi xxii.diſ.omẽſ xlv.diſt.tria

# Conſtantinus magnus

Id Conſtantinus cognouerat induperator:
Atq; bonã agnouit / cõſtituitq; fidem:
Dum capit a petri ſibi ſucceſſore coronã: &
Imperiũ: regni tum redit ordo boni.
Tum vero effectu chriſtus regnare: caputq;
Cunctorũ cępit eſſe hominũ / atq; ducũ:
Tum cũ principio / finis quadrabat: & alpha
O mega coniunctũ: lexq; modus redit.

xcvi.di. pſtã tinus de elec. fundamenta. li.vi.

in aũt. vt de ter.ſit nu. de. poſt prin. xxxv.diſ.ab exordio. l.ſivnus.ff.de pact.

Comptumq; fuit Christum caput esse: habituq;
Atq; actu gladiū porrigere ancipitem.
Sic veri regesq; duces: quicunq; fuere
Interea: a petro sceptra tulere sua.
Qz si forte aliqs/petro sine/regna recepit:
Ille vsurpator/prędoq;/furq; fuit.
Non etenim intrauit ad ouile per ostia vera:
Ordine sed fœdo: more modoq; lupi.
Sic iam mille quidē/quingentenosq; per annos
Romana hoc steterant ordine sceptra modo:
Rex sit vt inferior papę: simul & fateat
Esse hunc cunctorū spirituale caput:
Atq; ab eo imperiū capiat: iuretq; fidelem
Tutorem Petri se fore/& ecclesie.
Vngitur iccirco: datur & gladius sibi/ab ipso
Pontifice: vt prauos cędat: ametq; bonos.
Hęc sunt illa/deus quę fecit/lumina bina
Magna: qbus mundū lustret & irradiet.
Maius quippe diem/ceu lampas solis/obambit:
Atq; aiam inflāmat lumine: resq; sacras.
Quodq; minus/noctē illustrat: terrena gubernat
Corpora: & a magno lumine lumen habet.
Hic ordo rerū est: modus hic: lex sūma tonantis:
Maiori/inferior subsit vbiq; suo.
Quiq; potestati seu contrait: siue resistit:
Displicet huic sūmus quem dedit ordo deus.

in extrauāgā bonifa.viii. vnā sanctam

xxiii. q.v. nō solum

de pēni.ex ore

c.nouit de iu. Iohan.x.

host.pō Inno. in.c.p sup. de voto

c.solite de ma.& obe.

x.di.suscipit.

de elec. vene/ rabilem

cle.i.de iu.in. lxiii.di. tibi

de sa.vnc.c.i. Gene.i.

dic.c.solite

i.corin.vi.

hanc cōclusi ꝓbat tho.in tract.de rege & regno.c.xv

de ma.& obe. cū inferior xcvi.di.duo Ad roma.xiii

# Romana monarchia.

Vir desiderii/Daniel sanctissimus/olim
Cuncta hęc prędidit: postq; futura canit:

Danie.vii.

Quãdo leam primũ: mox vrsum dentibus atris:
Deinde etiam pardũ regna priora/notat.
Quę tamen exiguo durarunt tpe: nãq; his
Ordo fuit nullus: lex neq;/cura dei.
quarta bestia. Bęstia quarta igit̃ mirabilis/horrida/fortis/
Visa est: cuncta vorans/cõminuensq; nimis:
Dissimilis reliquisq; feris: cui ferreus oris
Rictus erat: pedibus cuncta aĩata terens.
Cornua magna decẽ capitis: cornuq; minutũ
E medio illoꝝ ꝓdiit horridulũ.
decẽ regna Imperii Idq; oculos habuit turpes: contraq; tonantẽ
Verba loquebat̃ grandia: dira nimis.
Hęc fera/Romanũ regnũ signabat aperte:
Atq; monarchiam/Cęsareũq; iugum.
Quod maris occidui posuit ꝓpe littora sedem.
Angulũ & Europę continet exiguũ.
Id quoq; successu diuisum temporis: ex se
Regna decem fecit: ꝑticulasq; decem.
Sic capiti abstraxit sua subdita mẽbra/fidemq;
Quilibet: & dominũ spreuit habere suũ.
Ille armis: hic vi: sese p̃scripsit & alter:
Hunc papa exemit prorsus ab imperio.
Anacephaleosis Imperii Cernimus hoc pacto nullã sub Cęsare terrã
Stare diu: paret rex quia nullus ei:
Atq; instar regũ: populiq;/vrbesq;/fideles
Impio quondam: libera abire student:
Nemo magis curat regni defendere honorẽ:
Sed priuata magis cõmoda cuiq; placent.
Acephalos sine fine vides: pedibusq; leuatis
In cęlum: supra perplacet ire caput.

Ordine peruerso currus p̄cędit: equiq;
Postpositi/extremo substituere loco.
Proinde leuem voluit/agitatq; Germania cancrū
More meant cancri multa agitata retro.

glo. in. c. nullꝰ plurib⁹ i fi. de reg. iu. li. 6

## Figura celi. M. CCCCC. III

Credite Germani mox tp̄a plena periclis
Ventura: & magnis cuncta replenda malis.
Heu quantū vereor ne nos fata impia tangant
Et sceptrū a nobis imperiūq; trahant.
Aspicite hanc cęli q̄ cernitis (oro) figurā.
Se cancro iungūt sydera sęua nimis:
Saturnū/Martē/atq; Iouem: variabile signū
Cōiungens cancri: friget & humet aquis.
Indicat atq; senes/iuuenesq; & Martia corda.
Et clerū/instabili mobilitate frui.
Quęq; agere incipient: quicq̄d placet: ocius illud
Prorepet Cancri more/modoq; retro.
Inde graues clades: patrię & cōis Erynnis
Et mala ꝓueniēt: dii ꝓhibete minas.
Multa quidem nobis astra/& fera fata minant̄:
Cogitat at nullus tam ꝓpe adesse diem:
Tempus erit: sceptrū a nobis tollet̄/& ibit
Longius: ah saltem theuthona terra dole.
Quis mihi/quis lachrymas dabit: vt deflere ruinā
Communē possim: vel gemere interitum?

Cōiunctio rrium supiorum planetarum

## Cōstātinopolitanū Impiū

Posteaq̄ Romam veterē/pius ille reliquit
Et Constantinus Thracia regna nouat.

Cōstantinopolis caput Thracię

Pontífices medío tulít ínclyta Roma beatos.
Intereaq; horũ paruít ímperío.
At Conſtãtínus fírmat ſua regna: duobus
Círcũ ſepta fretís/boſphoreoſq; marí.
Atq; arcẽ Europę poſuít fortemq; bonãq;.
Et vallũ/lybię cõtra/Aſięq; mínas.
Nomíne de ꝑprío vocat hanc: Byzantía quondã.
Vrbs quę dícta fuít: clara potenſq; nímis.
Gręcorũ retínens ſceptrũ per tempora multa.
Hínc quoq; ad occíduũ ꝓſpicít ímperíũ.
Cã quare imperiũ trãſlatũ
Sed cũ pontífící ſũmo parere recuſat:
Tollít a gręca gente corona vetus.
At neq; ſíc legem eccleſię/ſeruare modũ ve
Curat: & íccírco funditus ínteríit.
Nam ſua dũ capítí ſubducere colla putabat.
Brachía/colla/manus/ꝑdídit atq; pedes.
Hanc Scythica nuꝑ veniens Othomãnus ab arcto
Inſídíís cępit. ſubdídit atq; dolís.
Comperít & tandẽ gręcus/quíd ab ordíne ꝓſít
Cędere. vel propríũ nolle tenere caput.
Perdídícitq; graví fortuna/acríq; períclo.
Quo deus acephalos puníat exítio

# Tranſlatio ímperíí

Carolus magnus Germanꝰ ex Ingelnheym natus nõ longe a magunciaco
Tranſlato ímperío a gręcís. Germana repente
Natío/ſuſcepít regía ſceptra/& opus.
Germanus quía nam/noſtro quoq; natus ín orbe
Karolus. & vero ſemíne theuton erat:
Nempe orientalís francus fuít. vnde recepít
Francía gallorũ/quod modo nomen habet.

Germani ſic nos annis ꝑpe ſeptingentis: — Diuturnitas. Germanoruꝫ Regum
Sceptra ſacra/& vittas geſſimus imperii.
Quo liquido patet. in terris q̄ ſęcula tanta
Nulla monarchię gens tulit imperiū.
Nam Babel/Aſſyrius/Chaldęus/Parthus/Ache⁹
Vltro citro inſtabili regna tulere loco.
At nos Romanū nomenq̄: vrbemq̄ ſacratam — Romanus Imperator
Continuo in noſtro reximus imperio.
Quodq̄ magis dignū eſt: reliqui quia iure paterno
Hęrediſq̄ loco regna habuere ſua. — Electores Imperii
At rex Romanus/legit̄ ꝑ vota virorꝫ
Integra p̄ſtantū/nobiliūq̄ ducū.
Eligit hunc nullus q̄ non ſit cęſare dignus:
Et q̄ nō ſceptrū iure ſuo ipſe ferat.
Traditus hic modus ē/ordo quoq̄ Cęſare Othone — Quare melior electō Regis ꝙ ſucceſſio
Quo regnū melius conſtet & imperiū.
Sępe eteni ignauus vel iners/vel inutilis excors
Naſcitur: at legit̄/frugi homo & eximius.
Sex ita principibus legitur Rex: atq̄ Bohęmus — quoꝝ noia habent̄ ꝑ glo. in c. ad aplice de re. in. li. vi.
Rex paribus votis ſępe vocatus adeſt.
Karolus his quartus dedit electoribus/amplū
Rheni vectigal/grandia dona ſatis.
Centū mille quidē nummos capit inde quot ānis — Carolus q̄rt⁹ theolonia rheni electoribus diſtribuit
Quiſq̄ horū auratos: rex habet inde parū.
Vnde etiā imperiū defendere iure tenent̄
Conſilio/atq̄ armis/corpore/pręſidio:
Et merito: imperij penes hos ſubſtantia maior
Nam reſidet: ad eos cōmoda tota fluunt:
Imperiū ſed eget: vix nunc Aquila illa decora
Pennigera eſt: rapiunt viſcera cuncta ferę.

Ouid.fi.meth. O miſer acteon: cui nõ tam dura fuit mors:
Quam lacer a canibus q̄ foret ille ſuis.

De cõmitiis germanorum. Eneas ſyluiuſ in epiſt. Horum conſilio Rex ſingula facta p̄egit
Semp̄: & illo⁊ res ſtetit arbitrio:
Cunc⁊ illis tractat cõmitia: cuncta reuoluens:
Quod ſacro inprimis imminet imperio.
Sed quã p̄egnantes Germania noſtra dietas
Semp̄ habet: binas vna retenſa parit.
Que⁊ fuit pridem noua: iã⁊ puerpera: prolem
Parturit: hec eadem mox quoc⁊ mater erit/
Dum⁊ diu trahimus cõuentus cõciliãdo:
Nil reliqui: ni q̄ cõparuiſſe ſat eſt.
Quicunc⁊ huc veniunt: que ſit cõcluſio/tandẽ
Scire petunt: alio fertur abacta dies.
Inde etiam inſultat nobis gens que⁊: dietas
Germanas grauidas: & ſine fine vocans.
Cauſa patet: q̄ ſi verbis effarier auſim:
Principibus noſtris nã mora longa placet.

Tantalus Queris aquas in aquis im̄puide Tantale: ſed nos
Conſilio ex vno plurima inire iuuat.

Salu⁹ i cathel Verũ agit hiſtoricus (quiſq⁊ fuit ille) priuſq̄
Incipias factũ: conſule: deinde age opus.
Is non conſiliũ p̄ſuaſerat eſſe p̄henne:
Sed quo conſiliis p̄ficiatur opus.

Q. Fabius Hoc Fabius quintus/dictator/fecerat: is qui
Tardus erat: ſed nõ ſic quoc⁊ deſes erat.

Seneca Nec nos aut p̄ceps factũ laudamus: & expers
Conſilii: iuge nec conſilium vſc⁊ placet:
Scis quid forte velim: mediũ tenuere beati:
Qui poſt conſiliũ: facta inire tamen.

At nos/ah miſeri ingenio/meritoq; gemendi
Germani:longas quęrimus vſq; moras.
Et nihil aut facimus: aut p̄cipitanter aguntur
Res noſtrę:nec adeſt vllius ordo modi.

## Thurci irruptio

Dum nos conſulimus: Thurcus ſua littora gręca
Poſt habet:Illyricos/Pannoniaſq; rapit.
Quiq; Iſtrum prius obtinuit:mox littora adibit
Rheni: & Germanis inferet exitium.
Inde alio(timor eſt)regni traducere ſceptra
Cernemus:noſtrū & deficere imperiū.
Tradimus interea tam fortia corpora vino:
Et iuuat ignauę viuere luxurię:
Noxius obiectus ludus:iacta alea p̄nix.
Senio diſplicuit:vnio ſęua cadet.
Dii melius:vates vtinam ſim falſus:at illud
Fata canunt:monſtrāt tēpora/& aſtra docent
Nec mirū nobis ſi cancer forte minetur:
Iam nup̄ Cancri cępimus ire viam.
Germanos vero genitos de germine/quondam
Ac vere fratres/fama fuiſſe canit.
Nulla ſed o ſuperi eſt hodie concordia noſtris
Germanis:nec pax:lex nec amicitię:
Sed cuncti inter ſe graſſantur more leonū:
Raptoriſq; ſtudent viuere more lupi.
Heu quantū vereor bella horrida/bella nephāda:
Inteſtina ſimul ſurgere/& ire procul.
Nam rhenū(metus eſt)vndandū ſanguīe multo:
Neue Iſtri fontes/ſtagna cruoris agant:

Socordia chriſtianorum & torpor.

Germanorū origo glo.24. di.c.i.Strabo

Inteſtina germanorū bella

Dii ſuperi/talem Germano auertite pęſtem:
Prędia pellatis Theutonicoq; ſolo.
Longius in Thurcos/Arabeſq;/& Achaica regna
Hęc bellona ferox pulſa/& abacta ruat.
Regna etenī diuiſa cadunt: aditus datur hoſti
Perfacilis: diſpar vertit aratra iugum.

Math.xii
Luce.ix.
Saluſtius

## Conclusio wormaciēſis 97

Palinodia Cōmendatur principū.& ciuitatū impe/rii obedientia

Sed quid noſtra queror tā ꝓſpera ſęcula? quę nūc:
Vnanimes regi conſtituere duces:
Qui ſtabili imperiū: & concordi pace ligarunt.
Reddere iudiciū/iuſticiamq; parant.
Fœlix Vāgionū locus/vrbs fauſtiſſima Rheni:
Concluſum hoc tandē q̄ penes/extat opus:
Per quod fama vetus aboletur/& incipiunt nunc
Ordine/Germanę res/coalere bono.
Iudicium deinceps inopi datur/atq; pupillis:
Iuſq; miniſtratur pauperi: & indigenę.
Prędertim cū tam iuſtus/doctuſq;/modeſtus
Prędideat princeps: iudiciūq; regat:
Qui iunior fuerit q̄uis ętate: latinus
At tamen: humanus: moribus atq; comis:
Illi/maturus/venerabilis atq; ſenatus
Aſſidet: & prudens/iuſta/ſenūq; cohors:
Turbaq; tam celebris: q̄ totus colligere orbis:
Inq; vnū poſſet vix ſtatuiſſe locum:
Roſtra putas Romę: ſeu vicū Martis Athenę:
Seu perlamentū Gallia quale colit.
Iudicio hoc/leges & plębiſcita vigebunt:
Atq; mali mores frena ſeuera ferent:

Iacobi Marchiōis badeñ Iudicis conſiſtoriane cameręcōmendatio.

Quín & libertas Germaní nomínís: ampla
Famaq; durabit perpetuanda díu:
Inde etíam fídeı ſequıt̃ tutela ſacratę:
Chriſtícolęq; aderít prędıdıū eccleſíę:
Hínc propellunt̃ Thurcí: atq; ínıuría quęuís:
Sęua cohercent̃ crímına: víſq; ſílet.
Inde parens ſperet puerís conuíuere lętus:
Hęrebít coníunx cōíugís inq; ſínu:
Agros quíſq; ſuos/repararęq; prędıa/ſacro hoc
Iudıcıo Camerę: iuſtıcıaq; poteſt:
Omnibus hínc terrís pax: & tranquílla parant̃
Ocía: ſeruant̃ ſceptraq; & ímperíum.
Hęc fortuna quídē tíbí enī tíbí Maxmílíane
Deſuper a ſūmo venít/adeſtq; deo:
Qz tam deuotos/claros vírtute/benígnos/
Prędantęſq; duces nactus es ımperíí:
Conſenſu parílí quí regní extollere honorē:
Iurandoq; volunt íure/ſubeſſe tíbí:
Quís non tam ſancto/tam íuſto/tāq; beato
Propoſíto faueat? pareat atq; líbens?
Certe aīam & corpus decet hís ımpendere rebus
Quę p íuſtícía/ſunt bene cępta/ſacra.
Det modo fœlícem fínem/optatūq;: probatís
Auſpıcíís: íuſto príncípıo q; deus.
Vtq; palam vobís loquar/íllustríſſíma turba:
Conſcríptí patres príncípís: atq; duces:
Tempora veſtra deus fœlící ſydere obumbrat:
Irradíant veſtrū fata benígna díem:
Qz tam prędaro: íuſtoq;: pío q;/ſubeſſe
Vos decuít Regí: magnanímoq; vıro:

Ad dīnū Maxímílíanū re/gē apoſtropha

Ad príncípes electores.

Consilio vestro regnũ tutabit ille:
Et vestro/extendet sceptra sua.auxilio.
Ille gubernator: vos remi/atq; anchora nauis:
Presidio vestro/portus & aura venit.

Ad ciuitates Germanię exhortatio

Vos quoq; Germanę gentes: populiq; potentes:
Imperii vobis sit rogo cura frequens:
Astra licet nobis contraria multa minent:
Dira simul: q̃uis sydera sęua micent:
Sydera vincemus: maneamus in ordine saltem:
Et capiti subsint/mẽbra minora/suo.
Parua licet nobis sit copia: vincere gentes

Ordo omniũ rerũ cõseruator.

Possumus oigenas: assit vt ordo tamẽ:
Est aliq̨d modico/bene viuere posse paratu:
Re quoq; de tenui posse leuare domũ.
Sępe vides modicas ex ordine pauperis ędes
Splendere: & nitidis crescere vbiq; modis.
Rursus cernis item sępe alta palatia regũ
Diruta: & e sũmo prorsus abacta loco:
In cinerẽq; suũ versa & disiecta/regunt
Ordine dũ nullo: dum sine lege meant.
Ordo est qui cunctas res crescere cogit in horas:
Ordo est qui paruos tollit in astra lares.

Iob.x.

Horror adest: errorq; frequens: vbi deficit ordo:
Ordine peruerso: nil placet vsq; deo.

Quã oportuna sit imperio q̃driennis instituta contributio

Theutones ad vestrã iccirco: patrięq; salutẽ
Respicite: & regis suscipite imperium.
Sic etenĩ terre/res/oppida vr̃a/domusq;
Tuta sub incolumi stant satis imperio.
Nec vos pturbent/moueant ve indicta tributa:
Quę leuia/& facili sunt soluenda modo.

159

Fęlix parx/quota ſit/ſeu porcío quęqꝫ ſeorſum:
Conſeruet totũ/quę retinetqꝫ ſuum.
Ille obulus bonus eſt/fauſtoqꝫ exponit vſu:
Quí librã dño ſeruat ab ínteritu.
Nec primũ hoc vobis índícitur: antea multę
Soluerunt gentes/& populi armígerí.
Regibus/Aſſyrií ſempꝫ ſoluere tributũ: Quiprima tributa ſoluerit regibus.
Sub dñis Babylon maxíma cenſa fuit.
Indís dum voluit certare Semyramis: ante
Exegít: domuit ſicqꝫ orientis opes:
Perſís longímanus Artaxerxeſqꝫ tributa Herodo⁹ li. vl.
Impoſuít: dictus non mínus ille pius:
Quín & ſeruator patrię/pacíſqꝫ: & amarí
A cuncto populo non mínus emeruit. Curcius
Macedoneſqꝫ prius q̃ gręcía victa/Philippo:
Deínde & Alexandro cõtríbuere ſuo.
Exíit edictũqꝫ a Cęſare: mũdus vt oís Lucę. ii.
Per capita hunc cenſum ſolueret ímperío.
Quís vel apud Gallos (qui líbertate fruunt
Franca) non cenſum pendere ſempꝫ habet?
Adde vel híſpanos: vel totum ꝓtínus orbem:
Italíam/& calabros/Sarmatícoſqꝫ lares:
Quos metus/atqꝫ tímor/regumqꝫ potentía/adegít
Soluere cõpulſos: magna tributa nímís:
At nos líberíus/noſtra quoqꝫ ſponte/volentes:
Rem ſímul ín noſtrã: ſoluímus exíguũ.
Id quod nec cenſus díci poterít/ve tributũ.
Líbera ſed pocius munera prędíí:
Nec mínor índe manet líbertas príſca/decuſqꝫ:
Quo ſempꝫ fretus theutonus orbis erat.

Sed nos imperii rebus ſuccurrimus: vt nos
Tutari imperiũ ꝓtegere atq; queat.
Credatur nec enī parſũ mihi. ſolui ego penſum:
Perq; libens / dudum: nec rehabere velim:
Publica quo impediã tam ſancta negocia regni:
Vnde ſalus patrię pendet / & imperii.
poratio. Theutona terra igitur capiti pacienter obedi:
Mãdatis pare: & fer ſacra iuſſa libens.
Sic tua ſtare diu poterũt fœlitia ſceptra:
Sic virtute tua vincere cuncta potes.
Leui.xxvi Qz ſi verba dei cõtemnis: ſubiicieris
Qui tete oderũt: hiſq; tributa dabis.
Luce.xx Marci.xx Cęſaris ille iubet quę ſunt: dare Cęſari: & ipſi
Soluere deinde deo: ſunt bona ſi qua dei:
Ordine ſic currus noſter ꝓcedet opimo:
Temonēq; trahent ordine rurſus equi:
Ouī.xv.m̄et. Sic quoq; vertemus cancri tam mobile ſignũ:
Vt cauda obtorta ſcorpio ꝓueniat:
Iupiter aſpiciet vultu nos forte ſereno:
Firmior Alcocothen Mars quoq; noſter erit.

Sic breuiter ſtultos tranſcurrimus: ordine rupto:
Qui fuerat regni magna ruina ſui:
Dũq; modũ & normã bene viuendi atq; beate
Peruertũt: patriã / regna / ꝓdiderãt:
Vale inclyte lector.

# Epigrãma Thome becca

delli Cymbri adoleſcentuli primarii & impube=
ris ad D. Sebaſtianũ Brant vtriuſq; iuris docto=
rẽ: poetam argutiſſimũ. Argentineñ.

Thomas Beccadellus Bononie ſtudens

Augeſcit merito fœlix germania fama:
Iam poterit laudes ſcribere docta ſuis:
Cędere iã poterit/poterit quoq; tradere palmã
Auſonia: & cędet Grędcia magna ſibi:
Iſtic iura nitent: aſtręaq; virgo gubernat:
Cęliuagiſq; patent ſydera quędq; viris.
Pythagorę hii celebrãt: hii docti dogma Platonis
Hic reperis vires o medicina tuas:
Hic quoq; & Aonio reuocantur vertice muſę:
Et multis capiti eſt delia laurus honos.
Vnum ſed volitans extollit fama poetã
Pegaſeo merſit qui bene fonte caput
Quem leges nec iura latent: ſic iura nitere
Carminibus poterunt/pieriiſq; modis:
O patrię columen/noſtrę quoq; gloria gentis
Brante: tuę vates firma columna domus:
Italicas nunq̃ veniſti miror ad oras:
Iura tamen calles: Aoniumq; melos.

Eiuſdẽ thome ad Iohannẽ Bergmanũ de Olpe

Ad Io. B. de Olpe.

O cui poſteritas nunq̃ debere negabit
Olpe: hominũ qui nõ ſcripta perire ſinis
Imprimę conſpicuę diuina poemata famę
Brantí: diuina hęc condere mente ſolet

FOLIO

# Finis stultifere nauis.

Finis Narragonicę nauis per Sebastianū Brant. vulgari sermōe theuthonico quōdā fabricatę: atq; Iampridem per Iacobum locher cognomento phi lomusum in latinū traductę: perq; prętactū Seba= stianum Brant denuo reuisę: aptissimisq; concor= dantiis & suppletōnibus exornatę: Et noua quadā exactaq; emendatione elimatę. Atq; supadditis q; busdam nouis admirandisq; fatuoꝝ generibus sup pletę: In laudatissima Germanię vrbe Basiliensi: nup opa & ꝓmotione Iohānis Bergman de Olpe Anno salutis nr̄e. M.CCCCXCVIII. Kl̄. Martii

161

# Registrū stultifere Nauis.

Stultifera nauis Folio. I
Epigrāma Iacobi locher ad lectorē I
Epla Iacobi locher ad Sebastianū Brant II
Carmen eiusdē ad Sebastianū Brant III
Saphicon Iacobi locher excusantis ingenii sui paruitatē Folio IIII
Epigrāma in narrogonicā Iacobi locher IIII
Ad Iohannē Bergmanū de Olpe decatostichon Iacobi locher Folio V
Ad Iacobum locher subeundę profectionis narragonicę e barbaria in latiale solū exhortatio Sebastiani Brant. VI
In narrogonicā pfectionē celeusma. S. Brant VI
Prologus Iacobi locher in narrogoniā VII
Hecatostichon in proludiū auctoris & libelli narragonici. VIII
Argumentum in narrogoniam X
Incipiunt fatui
De inutilibus libris Folio XI
De bonis consiliis Folio XII
De auaritia & prodigalitate XIII
De nouis ritibus Folio XIIII
De antiquis fatuis folio XV
De doctrina filiorum folio XVI
De delatoribus & litigiosis folio XTIII
Non sequi bona consilia folio XIX
De incompositis moribus folio XX

FOLIO


De leſione amicitię XXI
De conteptu ſcripturarum XXII
De inprouidis fatuis XXIII
De amore venereo folio XXIIII
De peccantibus ſuper miſericordia dei XXV
De fatuis edificandi incœptibus XXVI
De potatoribus & edacibus XXVII
De inutilibus diuitiis XXVIII
De obſequio duoꝝ dñorum XXIX
De nimia garrulitate XXX
Inuenire rem alienam & nō reddere XXXI
De eo qui in alios aī aduertit & met peccat XXXII
De contione ſapientię XXXIII
Iactatio & confidentia fortunę: XXXIIII
De nimia curioſitate mortalium: XXXV
Mutuum accipere XXXVI
De inutilibus votis & petitiōibus XXXVII
De inutili ſtudio XXXVIII
Temere loquentes cōtra deum XXXIX
Qui alios iudicat XL
De pluralitate beneficiorum XLI
De eo q̄ q̄rit exceptōes ad emendandū ſe XLII
De cuſtodia mulierum XLIII
De adulterio XLIIII
Semper fatuus XLV
De iracundia ex leui cauſa XLVI
De fortunę mobilitate XLVII
De egrotante inobediente XIVIII
De nimium apertis cōſultationibus XLIX
Fatuoꝝ dāno ſapiētes nos fieri cōuenit L

Nil curare detractiones hominũ LI
De ſubſannatoribus & calumniatoribus LII
Contẽptus ęternorum gaudiorum LIII
Tumultus & confabulatio in eccleſia LIIII
De proteruo ac ſpontaneo periculo LV
De via fœlicitatis & futura pctõrꝫ pœna LVI
Praua maiorum exempla LVII
De voluptate corporali LVIII
Archana eſſe recondenda LIX
Vxorem ducere propter opes LX
De liuore & inuidia LXI
De impatientia correctionis LXII
De fatuis medicis & impericis LXIII
De ſecularis potentię exitu LXIIII
De predeſtinatione LXV
De obliuione ſui ipſius LVI
De vitio ingratitudinis LVVII
Sui ipſius complacentia LXVIII
De choreis & ſaltationibus LXIX
De nocturnis ioculatoribus LXX
De mendicis & eorum vanitatibus LXXI
De iracundis mulieribus LXXII
De potentia fatuitatis LXXIIII
De cura aſtrologię LXXV
De geographica regionũ inquiſitione LXXVI
De eo qui non vult eſſe fatuus LXXVII
De non intelligentibus ludos LXXVIII
Malefacere & non expectare LXXIX
De inprouidentia futuri LXXX
De litigantibus in iudicio LXXXI

FOLIO


De obſcenis fatuis folio LXXXII
De ſtatus ſpiritualis abuſu LXXXIII
De inani faſtu & iactantia LRXXIIII
De luſoribus folio LXXXV
De ſuppreſſis fatuis folio LXXXVI
De militibus & ſcribis folio LXXXVII
De ſtulta nunciorum legatione LXXXVIII
De cellariis & cocis folio LXXXIX
De ruſticorum arrogantia XC
De paupertatis contemptu XCI
Non perſeuerare in bono XCIII
De neglectu mortis folio XCIIII
Contemptus in deum folio XCVI
De blaſphemis in chriſtum XCVII
De plaga & indignatione XCVIII
De fatua permutatione folio XCIX
Honorare parentes folio C
De cauillatione ſacerdotū in choro CI
Superbię oſtentatio folio CII
De vſurariis & fœneratoribus CIII
De vana ſpe futurę ſucceſſionis CIIII
Non obſeruare dies feſtos CVI
Largiri & penitere folio CVII
De accidię vitio folio CVIII
De externis & infidelibus fatuis CIX
De fidei catholicę & imperii inclinatōe CX
De aſſentatoribus & paraſitis CXIIII
De delatoribus & obloquutoribus CXV
De falſariis & fraudulentia CXVI
De antichriſto. folio CXVII

163

Veritatem obticere folio CXIX
Retractio a bono folio CXR
Omissio bonorum operum CXX
De premio sapientię folio CXXI
Neglectus infortunii folio CXXII
Detractio bonorum folio CXXIII
De īmoderata mensę turpitudine CXXIIII
De laruatis fatuis folio CXXVI
Viri prudentis descriptio CXXVIII
In cōmendationē philosophię CXXIX
Concertatio virtutis cū voluptate CXXX
Epigrāma ad lectorem folio CXXXI
Obiectio voluptatis criminātis virtutē CXXXII
Responsio virtutis carmīe elegiaco CXXXIII
Latina nauis seu barca socialis CXXXV
Excusatio Iacobi locher philomusi CXXXVI
Socialis nauis mechanicorum CXXXIX
De Nicolao Renner Argeñ. CXXXIX
Epistola Iacobi Locher philomusi ad hūanissimū fautorem suū. d. Iohānē. B. de Olpe CXL
Ad numeros suos vt Iohannem Bergman festine adeant CXLI
De singularitate quorundam nouorum fatuorum Additio Sebastiani Brant CXLII

## Noua īuētio. S. Brant

De corrupto ordine viuendi pereūtibus CXLV
Qz inordinatio causa fuerit destructionis omniū rerum. folio CXLV

FOLIO


Ordo angelicę Ierarchię folio CXLVI
Ordo humani generis CXLVI
Ordo regni vniuersalis CXLVI
Vsurpatio regnorum CXLVI
Assyriorum monarchia CXLVII
Medorum monarchia CXLVII
Iudeorum regnum CXLVII
Regnū persarum CXLVIII
Alexandri monarchia CXLVIII
Romanorum imperium CXLVIII
Regnum christi CXLIX
Constantinus magnus CXLIX
Romana monarchia CL
Figura cœli. M.CCCCCIII CLI
Constantinopolitanū imperiū CLI
Translatio imperii CLI
Thurci irruptio CLIII
Conclusio Wormatien. CLIIII

Epigrāma Thome beccadelli Cymbri adolescētuli
Primarii studen. Bononien. ad S. Brant CLV
Eiusdē Thome ad Ioh. Bergmanū de Olpe CLV
Finis stultiferę Nauis folio CLV



AEa

Andreas Tormann

Andreas Tormann

Landhafftenn

Am Erhamenn und Nanhafftenn Andrea Turmann

Hanns Nar

Am Erhamenn und Nanhafftigen

Andreas

Magi

Magi Videntes stellam, dixerunt
ad invicem hec signum magni
Regis est, eamus inquirimus
eum & offeramus ei munera, &c

Amen dico vobis

Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum
Tempore sic duro est inspicienda fides

Georg

Rotat fatum omne.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]



FGVN

m.D.